




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
373 L7





Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
373 L7



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
373 L7



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
373 L7

H. Smidia

T.

QUO


SIN

Cui ex a
put co
quife

T. HERBAI
R E R U M
QUOTIDIANARUM
L I B E R
SINGULARIS.

Editio secunda.

*Cui ex adversariis autoris accessit Ca-
put vigesimum ; Quotâ ex parte
quisque institutus aut substi-
tutus videatur.*



THE HISTORY

OF THE

ANTIENT

AND

SINGULAR

REMARKS

ON

THE

REIGN

OF

CHARLES

THE

SECOND



THO

IVR

Illustr

FI

OV

Apud Loar


kw

373 L7

THOMÆ HERBAI
IVRISCONSULTI
et
Illustrium FRISIÆ Ordinum
FISCI ADVOCATI,
RERUM
QUOTIDIANARVM
LIBER
SINGULARIS
Editio secunda

LEOVARDIÆ.
Apud Ioannis Iansonij. de Fries A° 1642.

*Koninklijke
Bibliotheek
te 's-Hage.*



Mastr.

F 1

ORI

Part

Librum

R

QUO

THO

I

Eoru

S

Posthuma

mi tar

Illustr. ac potentibus

F R I S I Æ

ORDINIBUS

Patriæ suæ Patribus

Librum huncce Singularem

R E R V M

QUOTIDIANARUM

V. C L.

THOMÆ HERBAI

ICti. Excellentissimi,

Eorundem D D. Fiscii

ADVOCATI

Solertiſſ. Fidiffimique

Posthumum, & exiguum quidem; ani-
mi tamen REIP. devotiffimi,

*Koninklyk
Bibliothek
te's Hage.*

ac in eam

Cultus eximij

Monumentum ære perennius;

Quod Auctor ipse

non potuit

morte interceptus eheu immaturâ;

vicem amici

sumens

JOAN. SÆCKMA.

L. M. Q.

D. D. C.

Clarissi-

Clarissimo viro

D. Gulielmo à Velfen, *Civ-*
tatis Leovardianæ Consuli

I. S A E C K M A. S.

QUOD tibi jampridem
V. C. in votis maxi-
mi fuit; Librum ec-
ce *Rerum Quotidianarum* ami-
cissimi *Herbaj* nostri publico
dedi: & Illust. Ordinum no-
mini inscripsi. Confido eos
benignè, & gratanter acce-
pturos; adeoque ubi opus
fuerit, contra maligni livo-
ris dentes partum hunc po-
stumum auctoritatis suæ cly-
peo defensuros. Cæterum si
officium tardiùs reddere for-

A 4 tean

fitan videar; velim multi-
tudini negotiorum forensi-
um imputari, quibus obsi-
deri nos cottidiè, & tantum
non opprimi vides. Curam
verò ego hanc, à quo tem-
pore suscepi, insuper habui
nunquam. Et alioqui, cum
Germanico sentio; *Non hoc
præcipuum amicorum munus esse,
defunctum ignavo luctu prosequi:
sed quæ voluerit meminisse, quæ
mandaverit exequi.* Proinde
quæ in adversariis restant;
quàm-primum per occupa-
tiones licebit; in lucem e-
tiam proferam: si tamen his-
ce gemina videro. nec aliter
fieri voluit autor ipse: nosti
miram

miram ejus accurationem.
O si ipsi expolire illa datum;
inprimis autem perficere no-
tas perpetuas ad Statuta Pa-
tria, quas affectas solùm re-
perimus! Ne utilissimam, no-
stris præsertim hominibus,
operam præstitisset: & desi-
derio ampliss. viri *D. Marci*
Lychlama à Nyholt abundè fa-
tisfecisset. At non sic visum
Deo: quem sequamur sine
murmure. Tu V. C^{me} salve.
Leopardia I X. Calend. Jul.

©IO CIC XIV.

A 5

In librum rerum Quotidianarum

Clariss. Jureconsulti

D. THOMÆ HERBAI

Advocati Fisci.

ARTEM longam, & hanc brevem
vitam suo

Oraculo præfatus est Cous senex:

Ast nunc utrumque discimus lon-
gum simul.

Nam quum nimis sævæ haud pe-
percissent Deæ

Ætatis, ingenique vividi viro

HERBAIO, Ocellus qui cluit ju-
ris, bonus

Musegetes, carusque alumnis A-
pollinis:

Hic arte conditus liber vitam ipsius

Nobis reponit, atq; prolongat diu,

Obstetricante SAECKMA The-
midis optimo

Anti-

Antistite. Ergo plus uter de literis
Meretur, ille, qui hunc dedit li-
brum ante humum,
An iste, qui nunc edidit sic post
humum?

Godefridus Sopingius.

A 6 In

In librum Clariss. viri
THOMÆ HERBAIJ
JURECONSULTI.

Occidit ante diem Phœnix prærep-
tus, en alter

Exoritur Phœnix funere vix tepido.
Iam Panchaja mihi vident miracula,
vilet

A priscis olim fama relata atavis.
Non totus periit: vivit liber inclytus ille
Herbajj, bene habet, pars superest
potior.

Vivet enim quamdiu volventur luci-
da cœli

Astra feræ subter cardine Mœnaliæ.
Quæque feret istis fatum lachrimabile
chartis;

Orbem eadē solvet non reditura dies.

viiij. Calend. Jul.

I. Lenzij.

In obitum excellentissimi viri

D. THOMÆ HERBAI

I. C. CLARISSIMI

Et Fiscii apud Frisios Advoca-
cati, ejusque doctissimas
Rerum Quotidianatum
Quæstiones.

QUOD quondam egregius Poë-
ta Plantus
Inscribi tumulo volebat, aptus
Mortem dum fuit, illud applicari
HERBAIO poterit; modò intueri
Occasum lubet utriusque Juris,
Nec non Castalidum gravem rui-
nam.

Nam postquam ad superas meavit
auras,

Ac Fato tribuit diem supremum:
Deserta est Rotula, & Fori ve-
nustas.

Praxin Juridicam suo nitore

A 7 Orba-

Orbatam , penitusque destitutam
Prisco conspicimus decore , agendi
Collapsum solitum modum vide-
mus.

Postquam demoritur disertus au-
thor ,

Alto collachrymant novem sorores
Singultu, Indolvit parens Apollo,
Testantur gemitu graves dolores
Ingenti Charites , Minerva plan-
git ,

Luget Musica , plorat Advocatus,
Et quicumque sacras colit Camoe-
nas ,

Doctorum chorus ingemiscit om-
nis ,

Dum tantus Themidis cadit fa-
cerdos.

Quam Iuris fuerit profundus , au-
thor ,

Consultus , simul undequaque do-
ctus ,

Atque omni genere Elegantiarum
Ornatus, studio artium bonarum,

Et

Et fons Omnigenæ eruditionis
Quantum præstiteritque : Quæ-
stiones

Testes Quotidianæ in hoc resur-
gunt.

Ut divina sui , & beatior pars
Cunctis , qui adspiciunt plagas
Olympi ,

Et convexa Poli remotioris ,
Notescat subitò , & suas perennes
Laudes post cineres ferant ad astra.

Quem si Parca virum nimis sinistra
Heu saltem exiguos suis suæque
Servasset Patrię superstitem annos ;

O quantis cumulis scientiarum ,
Quam claris titulis beasset oras
Has nostras ! specimen sui reliquit
Nunc tantum Ingenij venustioris.

In his conspicitur phrasis vetusta ,
Romani eloquij Lepos , honosque.
His nodos varios , inexplicatos
Abstrusos , dubios , graves resolvit.

Quidquid Cæsareis reconditum us-
quam

Sacris

Sacris legibus hæctenus latebat
Fœlici calamo, & stylo reclusit.
Ut vixit placidus, gravisque, ho-
nestus,

Ut purus, probus, integer, ve-
nustus,

Ut doctis placuit, juvitq; cunctos,
Re, facto, auxilijs suis disertis;
Illud scripta polita, tersa, docta,
Præstant post obitum viri elegan-
tis,

Quæ doctos, Juvenesque doctiores
Reddent, si assiduo legantur. Ergò
Crescat, germinet hæc salubris
herba

HERBA I, tribuens amœnum o-
dorem.

Vivat, floreat elegans Libellus,
Surgat, pullulet inter eruditos,
Laudetur, vigeat suus relictus
Fœtus posthumus hic novus Li-
bellus:

Nec morsus metuat, ferosque
dentes,

Post

Post fatum Invidia ut recessit. Er-
gò
Vivat dum Themidi locus superfit.

G. Hardomans.

In Librum postumum

THOMÆ HERBAI

*Jurisconsulti ac Fiscii quondam in
Frisia Procuratoris.*

J A M B U S.

ERGO revivit? seque prole po-
stumâ

Ocellus ille patriæ

Suis redonat? abdicato gratior

Fositoque mundi ludicro

Transcendet omneis temporis ca-
ni vices

Natale donum postumi?

Favete

Favete amici quibus genij fœlicitas
Arrisit, aut humanitas
Morumque candor in *Herbaio*, ac
indolis

Ad alta natæ dignitas.
Spirat paternos, æmulator postu-
mus

Refertque dignos spiritus
Sperata proles, victor ætatis tuæ,
Victor finistri nominis.

Ceu Solis ales morte vivit patriâ
Suique vindex nascitur,
Per alta cæli quæ graditur spatia
Vivace gaudens omine:
Sic illa doctis educata noctibus
Doctoque nata lucubro,
Sublimis aura Postumam fama
feret

Fœlicis Herbam fruticis.

Scribebat amico nomine

HECTOR BOURICIUS.

I N

Librum Posthumum V. CL. & Ampl.

THOMÆ HERBAI

I. C. & Ord. Fris. Procu. Gener.

Ergon' protervis implicata morsibus
Pejoris ævi Musa divinum sonans
Dignumq; mundo carcere effracto venis
Tandem sub auras? Noctis obscuræ
satur

Exosa fatum Posthumo donas diem,
Parente raptō? Nosque, mortales jubes
Famæ vereri munus & pretium suæ
Stupente mundo? Scilicet scriptum
hoc sui

Miramur omnes, quotquot in terris
togæ

Servire nati. Nos egenos gloriæ
Bardos, ineptos, Barbaros, blennos dedit
Silere totos artifex rerum Deus?

Iussitque primis immori crepundiis,
Unumq; tantum posse, quod cunctis licet
Legisse

Legisse scriptum? monstra naturæ hoc
solent,

Rerumque abortus, corpori nati sub
Tantumque digni vivere, ut flabrum
trabant

Peioris auræ, mortui perdant suæ.
Quodcunque famæ est. vortat hoc re-
rum parens.

Conamur unum, grandius necdum licet
Sacros vereri POSTHUMOS natos sui
Autore rapto. Nohit rerum parens
Illos futuris invidere sæculis,
Misertus ævi. Scilicet quotquot sumus
Egemus omnes. Munus hoc ipsū Dei est
Donantis ævum, nil atræ rerum vices,
Hujusve scripti mæsta Lethe sorbuit
Oblivionis mater, & cassus furor
Potuit sepulchri. Pater infelix suos
Emensus annos TERMINO sacrum
tulit,

Metæque rerum, quam juvenia fortior
Nec dum serenam temporum sperans
nivei

Ad se reduxit. Sic vices nostræ ruunt.

Humana

Humana cuncta fumus, umbra, som-
nium;

Incerta, vana, turbulenta, lubrica
Æternitatis nescia: hoc tantum Dei
Quod mens perennet. Sydera & mun-
di faces,

Motore summo perpetes trahunt dies,
Ævique inerrant longioris semitam.

Eundum, eundum est. Sordida hæc re-
rum strues,

Lutosa moles, hospitis mastyx sui
Cedit favillæ, pulverem sperans suum
Quo traxit ortum: mens propago sy-
derum

Melioris aulæ municeps cælum tenet,
Sedesque summas quærit. & beatius
Affectat ævum. **POSTHUMOS** Fa-
mæ vigor

Exponet orbi. Cede feralis Dies,
Noverca rerum, juris heic parum est tui.
Æterna cuncta, corporis tantum mori.

P. Winsemius.

O D E

In funere Clariss. viri & J. C.
T H O M Æ H E R B A I

Curiae Provinc. Frisiae Fiscii Adv.

Q U E M tu Phoëbe potens lyrá,
Quem divina Themis proge-
nies Jovis,
Atlantisque Nepos virum
Nascentē placido lumine viderant,
Annis heu, juvenilibus
Raptum solliciti carmine lugubri
Vatum turba repositimus,
Atque uno pariter ingemimus sono
P I N D I G L O R I A concidit
H E R B A I U S; Themidos Mysta
facerrimus,
Et patriæ columen suæ.
Ah Ah Parca ferox, parcere nescia
H E R B A M tam viridem sacro
Pindi bicipitis vertice consitam, &
Cultam Castalijs aquis

Heu

Heu tam præcipiti cur refecas
manu ?

Et quem Musa mori vetat,
Cur severa jubes immeritum mori
Parca, severior

Monstro tricipiti, credita cui paret
Ditis janua, Cerbero ?

Multis ille quidem flebilis occidit ;
Nulli flebilior tamen

Templo justitiæ quam tibi C U-
R I A, &

Vobis L U M I N A Patriæ.

O Sancti proceres purpureæ togæ,
Quibus semper idoneam

Fidelemque operam præstitit im-
piger,

Dum vindex scelerum acriter

Defendit miseros, persequitur reos ;
Nullâ victus inertia.

Sed quid frustraneè pectora tundi-
mus,

Et furdos querimur Deos ?

Ergo, Musa, pijs desine fletibus

H E R B A I U M & tuum retro

Subla-

Sublatum ex oculis poscere. Nil
juvat.

Non si pectine eburneo
Amphion teneras sollicitet fides :
Non si Thracius Orpheus
Auratam moveat barbiton, & Cheli
Carmen suave minuriat,
Quo flexit rabiem tricipitis canis,
Et per mille vias, stygis
Dilectam Euridicen faucibus ex-
tulit.

Illum Regia nunc Jovis
Evinctum viridi tempora laureâ, &
Fulgentem niveâ in togâ
Inter tot proceres Romulei fori
Adjunxit superum choris,
Quâ nos stellifero despicit è polo,
Quos curæ vigiles premunt :
Donec nos Superis fors eadem in-
vehat.

Honori & Memoriae

AMICI INCOMPAR. scripsi
S I B. S I C C A M A.

THOMAE HERBAI
JURISCONSULTI
RERUM
QUOTIDIANARUM,
LIB. SINGULARIS.

De Sponsionum Jure.

CAP. PRIMUM.

IN frequenti usu Sponsiones
apud Romanos fuere: inter
eos praesertim, qui in Jure
ajebant, negabant. Obortâ
enim contentione confestim actor
reusve, aut sacramento, aut spon-
sione adversarium provocabat; sa-
cramento; ut, *Quando negas, sa-
cramento quinquagenario te provoco:*
sponsione; ut, *Ni mea hereditas
sit; Ni tu socius ei sis; & alijs mo-
dis.*

B dis.

2^o T. H. Rerum Quotidianarum
dis. Exempla earum contentio-
num à Budæo, ad l. 2 ff. de Orig. jur.
Briffonio, Formular. lib. 5. alijsque
adnotata. Sed sponsiones etiam in
negotijs alijs usitatae, ex eadem
causâ, quâ sacramenta; conten-
tione puta. In veterum scriptis
enim crebra earum mentio: uti
Plauto bis terve Pseudolo; ex qui-
bus unam lubet referre. Act. 4 scen.
viso quid rerum. Stipulatus erat
Pseudolus à Simone viginti minas,
si dolo mulierum à Lenone abdux-
isset; & abducebat Leno, quam
se rem sobriè accurasse autumabat,
Simoni gratulatur in hæc verba.

B A. Minæ viginti sanæ ac salvæ sunt
tibi,

Hodie quas abs te est instipula-
tus Pseudolus.

SI. Velim quidem hercle. B A. Roga
me viginti minas,

Si ille hodie illâ sit potitus muliere.

Et

Et paulò post, cum instaret Leno ut rogaret; Simo ait,

S I. *Nullum periculum est, quam sciam stipularier. Ut concepisti verba, viginti minas Dabin?*

B A. *dabuntur.*

Ex diversis animorum motibus hìc ad stipulationem ventum. Simoni, qui Pseudolum norat, suspecta res erat; Lenoni contra magna confidentia. Ideoque cum gestiret Leno promittere; rogat Simo. & ex eâ causâ est, quòd Juvenali *lib. 4. Satyr. 11.* Iponso audax dicitur unde & illud Persâ *act. 2. sc. 2.* inter Toxilum & Pægnium:

T O. *Non edepol scis. P A E. da hercle pignus, ni omnia memini & scio.*

T O. *Equidem si scis tute, quot habeas hodie digitos in manu, Eò dem pignus tecum. P A E. au-*

B 2 *dacter,*

T. H. Rerum Quotidianarum
dacter ! si lubido est perdere.

To. *Bona pax sit potius.*

Evidens hîc altercatio, & audax animus, qui alteri persuasum esse vult quod credit ipse. Illud forsan in superiori exemplo notandum, non stipulatione rem gerit tantum; sed & deposito pignore. Et Papinianus proponit *L. gratuitam 17. §. si quis Sponsionis ff. de præscr. verb. sponsionis causâ annulos depositos esse. quare dubites, sitne verum, quod à nonnullis traditum; Hotoman. comment. verb. jur. verb. Sponsio. in sacramento tantum deponi; in sponsionibus adhiberi stipulationem. Atque hæc quidem Romana vetera. Ad Frisios quod attinet; in judicijs, quod sciam, nullus earum usus; in cæteris creberrimus. Cæterum cum quæritur an quid ex iis peti possit; Interpretes ad l. à Titio 108. ff. de verb. oblig. de*

de eo laborant, *sitne sola conditio pro causâ habenda*: ne, si nequeat, obsit exceptio doli. Quippe quod qui sine causâ stipulatus est, in dolum incidat, quum petit; licet, quum stipularetur, nihil dolo admiserit *L. 2. §. circa primam 3. ff. de dol. mal. & met. exc.* Sive enim ab initio nulla causa fuit, vel quæ erat, non sequuta; æquum est, de dolo excipi contra petitionem ex civili verborum nexu. Et ab interpretibus ferè ed ventum, ut conditionem in sponsionibus pro causâ habeant; etiam eam, quam existere neutrius stipulantium interest. Quæ sententia, an ut recepta, ita vera sit, admodum dubito. Movit interpretes responsum *Javoleni, in d. l. à Titio.* qui valere ait stipulationem; *si qua mihi nupsit, decem dotis ejus nomine dare spondes?* Nam, inquit, cum condi-

6 T. H. Rerum Quotidianarum
tio etiam ex incertæ personæ factō pa-
rere obligationem possit; cur non idem
in dote sit? Ex eo autem maximè
captant, quam conditio dicatur
obligationem parere. S U N T qui
contra censent, Donell. & Gothof.
ad d. l. à Titio. & apud Javolenum
subesse animum donandi. quippe
donare videri eum, qui cum sci-
ret recusare posse, obligari se pas-
sus est. L. Campanus 47. ff. de oper.
libert. Quæ sententiam magis pla-
cet, quatenus negant conditio-
nem pro causa habendam. vid. Cu-
jac. ad d. l. à Titio. Quid enim?
conditio adjecta facit, ut in pen-
denti sit, quod statim valere po-
tuerat, si ita placuisset. Proinde
necesse est, quidpiam præter con-
ditionem subfit, ex quo & purè
posset peti, ni secus convenisset.
Nec onerat, quod Javolenus ait
conditionem obligationem pare-
re.

re. nam (quod notatum jam ab alijs) conditionem dixit pro conditionali stipulatione. Tum eâ ratione conditio dici potest obligationem parere, quod quum ea existit, tum denique constet quidpiam deberi; ideoque nasci quodammodo videatur obligatio cum ipso eventu. Licet enim stipulationes omnes; etiam conditionales; ex præfenti ita vires dicantur accipere, ut in iis tempus contractus inspiciatur: *L. filius famil. 78. ff. de verb. obligat. l. 26. ff. de stip. ser.* tamen statum denique sumunt & effectum eveniente conditione, *L. procurat. 8. §. ult. ff. rem. rat. hab. l. 72 §. 1. ff. de verb. oblig.* unde est, quod condici possit, si quid pendente conditione solutum fit. *l. sub conditione 16. ff. de condict. indeb.* Ad hæc non apud Javolenum in quaestione fuit, an stipulatio illa caus-

8 T. H. Rerum Quotidianarum
fam haberet. Nec enim in obscuro potuit esse animus donandi in eo, qui dotem promiserat, quam rogantis utique intererat dari. Ob incertitudinem stipulationis dubitatum esse, magis credibile est. Nam si Titiam ducturo dotem pure promiseris; inest tamen conditio, si nuptiæ sequantur: *l. 4. §. 2. ff. de pact. l. stipulationem 21. ff. de jur. dot.* sed quum dotem te rogo, *si qua mihi nupsit*; en alteram expressam & incertissimam conditionem. Ea indefinita loquutio facere videbatur, ut vix admittendum, placitum aliquod intercessisse. Nec enim in unum conventum videtur, non expresso nomine mulieris, ex cuius facto pendet effectus ejus, quod agitur. Atque eâ de re dubitatum esse, vel ex eo liquet; quod J. C. non alio argumento utatur, quàm quòd
nulla

nulla ratio reddi possit; cur in do-
te promissâ locum non habeat,
quod in aliis receptum erat; putâ,
ex incertæ personæ facto promissi-
onem statum capere. Cur autem
id ita receptum sit, & si non ad-
dat Javolenus; non ausim tamen
cum Donello *ad d. l. à Titio.* dice-
re rationem non bonam ab eo red-
di. Conijcere liceat potius, Jctum
non tam ab exemplis argumenta-
ri, quam ijs propositis innuere vo-
luisse, eandem esse rationem ejus
de quo quærebatur; eamque ita
pro compertâ ab eo habitam, ut
nihil necesse duxerit repeti. Relin-
quitur itaque à plerisque in tuendo
sponsionum jure frustrâ laborari,
quum conditionem causæ loco
habent. At inquires, ipsam stipu-
lationem causam esse. Scio Cla-
rissimo J. C. Joanni Goeddæo ita
videri. *Comment. de contrah. & com-*

10 T. H. Rerum Quotidianarum
ment. stip. c. 3. n. 75. Pro argumen-
to ei primum; frustra proditam,
frustra tam accuratè traditam, si
sine alterius causse adminiculo non
consisteret: deinde, inquit, nisi
stipulatio per se efficax & firma
obligandi caussa esset, sine ullâ a-
liâ; non ex stipulatione, sed ex
causâ ejus oporteret solvi. Videamus,
possitne de iis dubitari. Licet enim
negari non possit, quin stipulatio
alicui bono & usui sit in-
uenta; non ex eo tamen infertur,
solam parere obligationem. Quid
enim, si dicamus firmare eam vo-
luntatem eorum, qui obligari vo-
lunt? Vid. l. 4. C. de rer. perm. &
præsc. verb. ideoque dictam esse à
stipulo, quod apud veteres firmum
appellabatur, Inst. de verb. oblig. in
princ. utique eâ ratione non frustra
proditam videbitur. Nec refert,
quod ex stipulatione peti dicatur,
non

non ex ejus causâ, nam non eo magis solus verborum nexus pro causâ est: quum præter eum sit & id, quod induxit animos contrahentium, ut obligari vellent. ideo verò ex stipulatione agi dicitur, quòd ea legitimus modus sit obligandi, si negotium subsit, & consensus. Ex Plauto *Pseud. act. i. scen. i.* porrò quod citatur, non magis id efficit. Erat enim in seruo animus gratificandi hero suo egenti: patet id ex versibus præcedentibus, quum Calidorus se sine amicâ vivere non posse diceret, spem ei servus aliquam facere tentabat. unde ad eum Calidor.

CA. *In te nunc sunt omnis spes atati meæ.*

PS. *Satinus est, si hanc hodie mulierem efficio tibi,*

Tua ut sit, aut si tibi do viginti minas,

B 6

CA.

C A. Satis, si futurum. P s. roga me
viginti minas,
Ut me effecturum tibi, quod pro-
misi scias.

Roga C. obsecro Hercle. P s. gestio
promittere.

CA. Dabisne argenti mihi hodie vigin-
ti minas?

SP. Dabo.

Merus ibi donandi animus; sti-
pulatio autem rei firmandæ tan-
tùm, ut sciret Calidorus effectu-
rum Pseudolum quod promiserat.
Hæc sic mihi videntur. Quum ita-
que nec conditio, nec ipsa stipula-
tio pro causâ sint; quamnum ali-
am statuemus? Illud imprimis in-
dubitatum, vix ad sponsonem nos
venire, ni subsit aliquid, de quo
non eadem duorum mens; agente
uno, negante altero. ideoque no-
tat Brissonius l. 5. formular. particu-
lâ *Ni* ferè usos esse; uti. *Ni id*
meum

meum sit; *Ni tu mihi auctor; & si-*
milibus alijs. Cæterum dissensio
ista habet & alia quasi stabilimen-
ta, stipulationem puta & deposi-
tionem pignoris. De stipulatione
dictum satis. Deponi autem pi-
gnora solere; exempla passim apud
veteres. Nam quum contentiun-
cula aliqua esset, in promptu erat,
Eo dem pignus tecum. Pignus autem
apud sequestrem deponi solitum.
Exemplum ejus rei est apud Javo-
lenum; *l. 17. §. ult. ff. de præscript.*
verb. qui ait, victori in sequestrem
dari præscriptis verbis ut annulos resti-
tuat. annulos dicit, quia sub eâ Le-
ge acceperat sequester, ut utrum-
que victori restitueret. alioqui vi-
ctori ex deposito quoque jus est su-
um repertere. *l. 5. §. 1. ff. deposit.*

De

De Sponsionum modo.

C A P. I I.

DE Jure sponsionum dictum
 præcedenti capite. Sed &
 in controversiam trahunt
 interpretes, *an quis modus*
illis præfinitus sit; quod ex facto non
 semel quæsitum scio. Qui centum
 dederat, quadringenta reddi sti-
 pulatus est, si navis ex Asiâ ante
 Kal. Julias redijisset. Cum condi-
 tio extitisset, negabat reus, peti
 posse, saltem non ultra ducenta,
 ut scilicet æqualitas esset. Nec e-
 nim in nautico foenore illam peri-
 culi rationem haberi, ut ne mo-
 dum ei statuat lex: nihil autem fa-
 cere, ut non idem in sponsionibus
 obtineat. Quin (uti quibusdam vi-
 sum) dolum rem ipsam habere, &
 quâ

quâ ratione emtio, eâ & hanc conventionem rescindi posse. Videamus, sitne secundum actorem pronuntiandum. Uti enim trajectitiæ pecuniæ majores usuras licet stipulari, ita in cæteris casibus quorum incertus exitus est, receptum licere stipulari, ut quod datum est cum non levi auctario, quasi periculi pretium, reddatur, *l. periculi pretium §. ff. de naut. fœnor.* quin & pacisci possumus, utpote quum res interveniat, ideoque nudum pactum non sit. *l. 8. ad fin. ff. de præscr. verb.* Nullus verò modus ei accessioni præfinitus est. Facere eo videtur, quod olim annulis aliavere apud sequestrem depositis, uti adsolere notu est, *L. §. ff. de posit. l. 17. §. ult. ff. de præscr. verb.* non potuerit semper par lucri spes esse. etenim credibile est, raro evenisse, ut ejusdem pretij essent, quæ depo-

16 T. H. Rerum Quotidianarum
deponebantur. Et apud Comi-
cum, *Epidico act. 5. scen. Satin. il-*
le homo. servulus per jocum in su-
um nummum, in domini talen-
tum pignus dari vult, ni se res ha-
beat, uti contendit. Nec his ob-
stabit, si quis dixerit quod J. C.
periculi ratione admittit, d. l. pe-
riculi. diversum esse ab hoc nostro:
in eo negotiationis causâ dari;
hic in aleæ speciem rem incide-
re. Nam (uti notatum ab Hoto-
manno) lib. 5. obser. 12. J. C. a deo
requirit, ut ab aleâ & fortuito ca-
su eventus pendeat, ut si secus
convenerit, aliud dicendum vi-
deatur; quasi poenâ in stipulatio-
nem deductâ, quæ ad legitimum
usurarum modum revocanda sit.
Sic & quum jactus retis à pisca-
tore, à venatore positis plagis in-
dago, aut ab aucupe panthera
emittitur, incertitudo captus; quæ
mera

mera alea est; non impedit effectum eius, quod actum est. l. 11. §. 18. ff. ad fin. de act. emt. actum autem est, ut venditor nummos habeat, quamvis merx nulla perveniat ad emptorem. Proinde nihil mutat, quod de aleâ posset obijci. De dolo item quod ajunt in ipsâ re, non video quî huc pertineat. Dolus malus est (uti Labeo definit.) l. 1. §. 2. ff. de dol. mal. omnis calliditas, fallacia, & machinatio ad circumveniendum alterum adhibita. ea verò, quî intercessisse videri possint, ubi apertissimè lex contractui dicitur? dolus enim fit, nec ne, quo ad obligationem quis inductus fit, inspectio est; non, in quantum sese adstrinxerit. quippe tunc dolo res non caret, quum quis aliter obligatus est, quam convenerat ut obligaretur. l. 36. ff. de verbor. obligat.

Hic

18 T. H. Rerum Quotidianarum
Hic vero quis dolus in ipsa re? non enim quum petitur ex sponsione, causa stipulationis cessat; sed quæ dicta conventa sunt, existente conditione effectum capiunt. nec superest tantum verborum obligatio, sed negotium, quam ab initio fuit, & tunc est. ideoque mihi nec in re nec in personam dolus videtur esse. Quod tamen ita accipi velim; si subdolis persuasionibus quis inductus non sit, ut contraheret, alioqui non contracturus. De immodicam porro læsione quod ajunt; forsitan non magis huc faciat? ac ne habitam quidem distinctione, quæ quibusdam *Benvenerunt. Strachæ. de sponsionibus Molinæo de usur. n. 93. & 97.* placuit. Si in modico deceptio est ultra dimidiam justæ æstimationis dubij eventus, censent, rescindi non posse: sin in magnam quantitate, secus esse,

se, argumento ejus, quod in trans-
actione commenti sunt. Mihi id
probari non potest. Primum enim
quod in venditione constitutum
est, in eâ specie solâ locum habe-
re, tam clara rationum face à re-
centioribus, & præsertim à ma-
gno illo *Antonio Fabro de errorib.
prag. decad. 1. error. 7. & dec. 8. er-
ror. 10.* demonstratum est, ut si
quis id se videre neget, caliget in
sole. Tum quæ ratio iniri potest,
ut scias quodnam dubij eventus di-
midium sit? Si jactum retis eme-
ro, & jactare retem piscator no-
luerit; Celsus quidem scripsit *l. si
jactum 12. ff. de act. emt. incertum
ejus rei æstimandum esse.* At non ideo
judicis & in sponsionibus æstimari
posse incertum eventus. Captus
piscium quis foret, si piscator ja-
ctasset, ex verisimili ab eo quod
eo loci, eaque anni tempestate
capi

capi solet, in conjecturam venire potest. quod ad id quod minimum, fortassis est redigendum; nisi quis contra putet, eo quod per piscatorem fuerit, quominus jactaretur. At an Titius hoc anno consul designandus sit; navis ex Asia reditura; & quis (quod frequentissimum nostris in sponsione solet esse) obsidionis alicujus eventus futurus sit; qui in æstimationem veniet? quum ab eo nutu id pendeat, qui nemini notus. Ad hæc, quomodo eventus solus faciet ut læsus videatur, qui cum contraheret, ita sibi prospexit, ut non lædi non tantum, sed & quæstum facere potuisset? Planè quum emtio rescinditur, læsio debuit inesse confestim, & eo ipso, quod de tali pretio conveniret. At, inquiunt, ad æqualitatem res redigenda, ut par utrimque periculum, par
lucris

lucris spes fit, puta si centum dedi,
ut ne ultra ducenta reddi stipuler.
Sed vereor ut nec sic expedita res
sit. Ad bonæ fidei enim iudicia id
spectat; inter quæ ut præscriptis
verbis connumeretur, ægrè impe-
traverimus: quamquam non de-
sint, qui ita censent: *Hotom. lib. 5.*
obser. 12. verùm ut id sit; incerti-
tudo tamen & dubij exitus pericu-
lum non admiserit æqualitatis il-
lam rationem. Clarum id est in
emtione jactus retis; quo si nihil
piscium extrahitur, frustra con-
queratur emtor. Atqui ea immo-
dicissima (ut sic dicam) læsio. quæ
enim comparatio pretij cum nihi-
lo? quod usque adeo non est, ut
semper pugnet cum eo, quodcun-
que est. Emtum tamen aliquid;
spes puta. Idem in sponsioni-
bus est.

De

De pignore venditoris in
re venditâ.

C A P. I I I.

QUI Seio sub obligatione
præsentium & futurorum
debebat, à Titio fundum
emit; eamque pretij no-
mine illi oppigneravit. Num in eo
potior sit venditor, in controver-
siam tractum. Ad quam dirimen-
dam non inepta forsitan erit indaga-
tio; quid hoc modo actum cense-
atur. Nam si fides habita non est
de pretio; vix est, ut fundus exie-
rit è domino venditoris. *L. procu-
ratoris 5. §. sed si dedi 18. ff. de tribut,
act. §. 1. Inst. de verb. divis. præser-
tim si adjectum sit, emitorem ven-
ditoris nomine possidere, quoad
pretium solvatur. Eo itaque casu
de*

de pignore nulla potest esse quæ-
stio utpote quod constitui nequit,
nisi à domino. Simulac verò pre-
tium solutum est, supervacuum sit,
de pignore disputare, sublatâ jam
ipsâ obligatione, cui accedere de-
buit, Cæterùm quum ita demum
res venditæ non definant nostræ
esse; si nec pretium solutum, nec
fidejussor datus, nec aliâs satisfac-
tum sit: *d. l. procuratoris § l. 5. ff.*
de Jur. fisc. admittendum est, ita
venire posse fundum, ut, quoad
pretium solvatur, pignori sit maxi-
mè quum Ulpianus *L. i. § si minor.*
4 ff. de reb. eor. qui lib. tut. eum,
qui hoc modo emit, dominum ef-
se dicat. satisfactum enim vendi-
tori videtur per pignus. At num
venditor hic in fundo potior prior-
que sit Seio, cui & futura obligata
erat, ea quæstio est. Plane Ulpia-
nus *d. l. i. §. 4. de reb. eor. tradere*
vide-

24 T. H. *Rerum Quotidianarum*
videtur, non posse pignus consti-
tui nisi ab eo qui revera dominium
consequutus est. ideoque quum
minor hac lege fundum emisset,
ut pignori esset, quoad pretium
solveretur, respondit, non valere
pactum. eâ motus ratione, quod
minor nisi dominium adeptus, pi-
gnus constituere nequiverit: simu-
lac verò fundi dominus fuerat, ob-
fuit oratio Severi, qui tutoribus
curatoribusque, eoque magis ipsis
minoribus, rerum pupillarium ob-
ligationem, alienationemque in-
terdixit. Si itaque nisi quæsito do-
minio, pignus constitui non potu-
it, naturam induit cæterorum bo-
norum emtoris, & confestim coe-
pit obligari: ac proinde Senus præ-
venisse videtur. *l. qui generaliter. ff.*
qui pot. in pign. V E R U M aliter sta-
tuendum esse, docet Paulus, *l. 2. ff.*
de reb. eor. qui sub tut. quem in suprâ
scriptâ

3617

scriptâ obligatione minoris movit,
quod cum dominio pignus quæsi-
tum sit; & ab initio obligatio in-
hæserit. non enim venditor voluit
transferre dominium fundi, quàm
eâ lege, ut is pretij nomine pigno-
ri esset. quod pactum licet efficax
esse non potuerit ante traditionem
(nemini enim sua res teneri po-
test,) in ipsâ tamen traditione eas
vires assumit; ut dominium nisi
cum pignore non transferatur. Eâ-
dem de causâ jure constituta ser-
vitus censetur; si qui duorum fun-
dorum dominus erat, alterum eâ
lege vendiderit, ut qui datur, ser-
viat ei, quem retinet. *l. 3. & 6. ff.*
Commun. præd. Nec novum est, per
pactum hujusmodi quædam quasi
aliena à naturâ contractus induci.
nam & emtor precariò rogare po-
test rem emtam, donec pretium
solverit. *l. ea quæ. 20. ff. de Precar.*

C

ita

26 T. H. Rerum Quotidianarum
ita & alibi *l. servi emtor. 16. de per.*
& *commod. rei vend. l. 37. ff. de ad-*
quir. vel amit. poss. proponitur em-
tor servi, conductum eum rogasse,
quoad solveretur pretium. quam-
duo hæc posteriora non nova vide-
ri possint; si intelligamus, emto-
ribus non habitam fidem de pre-
tio. ut mirum non sit; eos, qui-
bus res nondum tradita erat, con-
ducere & precario rogare posse.
Eadem de causâ & emtor ante so-
lutum pretium rei emtæ furtum fa-
cere potest. *l. eum 14. §. 1. ff. de*
furt. Quidquid sit; rationem ha-
bet sententia Pauli; *d. l. 2. de reb.*
eor. ut unusquisque rei suæ legem
dicat, quam vult. *l. in traditionibus*
48. ff. de pact. l. ult. C. de pact. int.
emt. l. legem C. de pact. & subest
æquitas. quid enim iniqui postu-
lat, qui ita tradit, ut pignori sit
pro solutione pretij? quum nisi
pretio

pretio soluto tradere non cogere-
 tur: sed (ut Ulpianus ait *l. Iulia-
 nus* 13. §. *offerri* 8. ff. *de action. emt.*)
quasi pignus posset retinere. quasi pi-
 gnus autem ideo ait Ulpianus;
 quòd verbum retinendi redarguat,
 nondum factam esse traditionem;
 ac proinde venditori nullum ve-
 rum pignus potuisse competere.
 tamen quum, oblato pretio, em-
 tor rem venditam petere possit:
 ac proinde eo respectu aliquid ju-
 ris habeat; licet exactio præsens
 non sit: quodammodo venditori
 commentitium aliquod pignus
 competit. Eodem modo accipien-
 dum est, quod traditur, *l. heredi-
 tatis* 22. ff. *de her. vel. act. vend. he-
 reditate venditâ*, & parte pretij solu-
 tâ, *pignoris jure teneri.* In proposi-
 to itaque ex Paulo *d. l. 2. de reb. eor.*
 prororsus convincitur, venditorem
 sibi jus pignoris in re venditâ quæ-
 rere;

28 T. H. Rerum Quotidianarum
rere ; reliquosque quibus omnia
emtoris nexa sunt , prævenire pos-
se. Si enim , quum minor ita con-
traxit ; ab Imp. confirmari debuit
propter orationem Severi : procul
dubio idem inter majores actum ,
jure communi valebit. *Atque hæc*
eo magis vera videntur , quod re-
scriptum est ab Imp. Dioclet. &
Maximiano ; l. licet 7. C. qui pot. in
pign. Eum , cujus pecuniâ prædium com-
paratum probatur , omnibus antefer-
ri ; si statim convenerit , ut id ei spe-
cialiter pignori esset obligatum. Magis
id autem debet obtinere in vendi-
tore , quod ipsi traditioni pactum
hoc adjecit , seu potius traditio-
nem pacto tali quasi prævenit. Et
hæc sententia jam ante suos ha-
buit adsertores. Bald. ad l. ult. C.
commod. Cujac. tract. 8. ad Africa-
num in l. qui balneum 9. ff. qui pot.
in pign. Neguzant. de pignor. part.
princ.

princ. 4 n. 33. quam tamen Baldus, eumque sequutus Neguzantius, rectè censent, tàm demum veram esse; quum in principio contractus & ante traditionem, aut in ipsâ, pignus constituitur. ILLUD verò non item probare possum, quòd censent, *Bald. & Neguzant. dd. ll.* si traditio facta sit; contractus verò nondum absolutus; non posse pactum pignoris adijci, in præjudicium anteriorum creditorum. ut ita autument, movere eos videtur, quod per traditionem dominium translatum sit in emtorem; ideoq; ipso momento translationis fundum prioribus coepisse teneri. Cæterum (si fas est dicere) falluntur cum existimant, qualibet traditione transferri dominium. Notum enim est, consensum utrimque accedere debere in omni translatione

C 3

domi-

30 T. H. Rerum Quotidianarum
dominij. l. in omnibus 55. ff. de ob-
ligat. & act. l. id quod nostrum ff. de reg.
jur. Tum causam subesse oportet; eamque aptam ad transferen-
dum dominum. nunquam enim nu-
da traditio dominium transfert. l. nun-
quam 31. ff. de adquir. rer. domin.
Jam verò ubi contractus partibus
suis absolutus non est; quis con-
sensum accessisse; quis causam
subesse dicet? ponamus placuisse,
ut in scriptis contraheretur; inte-
rim verò eâ spe fundum traditum
esse. si antequàm omnia in mun-
dum redigantur, venditor reces-
serit; Imp. Justinianus ait l. contra-
ctus 17. C. de fid. istrum. cogi non posse
ut contractum perficiat; hoc est, rem
tradat. Repetet ergo qui ob causam
tradidit, causam non sequutâ.
uti vice versâ, si emtor, rem sibi
tradi postularet; exceptione repe-
leretur. quemadmodum si stipula-
tus

tus sim, quum caussa aliqua subes-
set; eâ deficiente, repellar doli
exceptione. licet enim quum sti-
pularer, nihil dolo admiserim; ta-
men facere videor quum peto. *l. 2.*
§. circa 3. ff. de dol. mal. & met. exc.
Hæc quum ita sint; admittendum
est, contractui antequam perfici-
tur, adijci posse pactum pignoris;
& si traditio facta sit: idque perin-
de valere, ac si ante traditionem
adjectum esset. Nam quum tradi-
tio tum demum valida sit ad trans-
ferendum dominium, quum con-
sensus accessit, & caussa subest:
consensus ille & caussa, quibus
pactum pignoris adhæret, ex inu-
tili veram faciunt traditionem: a-
deoque eam quasi ad se trahunt;
tamquam adimplendi consensus
gratiâ factam. Sic quum numera-
tio præcessit; deinde facta est sti-
pulatio, unus contractus est *l. si*

C 4. *ita*

32 T. H. Rerum Quotidianarum
ita 6. ff. de novat. & numeratio ad-
implendæ stipulationis causâ facta
intelligitur. l. cum enim 7. ff. d. tit.

Sententiæ contra reum latæ
an exsequutio sit in fide-
jussorem judicati.

CAPUT IV.

PLacuit Cyno, Bartolo, Bal-
do, aliisque; quos enume-
rant Ferrariensis, in form. ex-
seq. sent. verb. faciens. & Gui-
dus Papa; Quæst. 26. reo condem-
nato, fidejussorem judicati ex-
cuti posse. idque Mynfingerus cen-
tur. 4. cap. 96. dignum putavit ob-
servatu. Et Joannes Vaudus Var.
Quæst. lib. 1. cap. 36. Accursij sen-
tentiam improbens, ita definien-
dam

dam esse censet hanc quæstionem, ut adversus fidejussorem judicati, exsequutionem habeat sententia contra reum lata; in eum vero, qui contractus alicujus fidejussor est, non item. *Ea* sententia cur place- re debeat, non video. Sumunt ar- gumentum ex novâ *Iustiniani* con- stitutione, *l. ult. §. cum antiquitas C. de usur. rei jud.* quâ jus vetus corri- gitur; quod reis quidem duorum mensium dabat inducias; fidejuf- foribus eorum non item. Illi ve- rò quum confestim ad reos redi- rent, planè rei dilationis istius commodo defraudebantur. *quia* (inquit Imp.) *per medium fidejussorem statim compellebantur persolvere.* Ni- si itaque, inquiunt, sententiæ illius exsequutio esset adversus fi- dejussorem judicati; non utique Imp. subjunxisset, *licuisse victori- bus res in condemnatione positas à fi-*

34 T. H. Rerum Quotidianarum
de iussoribus statim exigere. Et hoc
Baldus. ad l. i. ff. jud. solv. & ad d.
l. ult. C. de usur. rei. jud. rationibus
aliquot fulcire conatur. CAETE-
RUM aliter sensit Jacobus Butri-
garius: &, meâ quidem opinio-
ne, rectius. Nam ad constitutio-
nem Justiniani quod attinet, leve
est argumentum. nec enim statim
exigere aliud est in dictâ constitu-
tione, quàm statim, & sine dila-
tione aliquâ in iudicio petere:
quamquam non nego alioqui ver-
bi exigere varium usum esse. Id
ita se habere, verba quæ sequuntur
arguunt, *Cum enim interventor sol-
vere compellebatur, & ipse reum coer-
cebat ad invitam solutionem.* Utrum-
que tamen necesse est intelligamus
separatim condemnatum esse, an-
tequam exsequutioni locus sit. Ita-
que quod ait, *d. l. ult. licuisse victo-
ribus à fideiussoribus statim exigere,*

eo

eo solo respectu dictum est, quod jure veteri fidejussoribus condemnatis nullæ dabantur induciæ. ut statim *exigi* rectè dicatur, si cum reorum dilatione id conferas. Fidejussores verò quum statim ad reos redirent, non dilationis commodum aliquod erat, sed, quoad effectum, præsentaria exsequutio.

Atque hoc est quod ait, per medium fidejussorem statim solvere compellebantur. Sic & Ulpianus l. 3. §. *nunc de effectu. ff. de liberat. legat.* loquutus est. Si socium habeam conreum debendi, & mihi legata sit liberatio, *videamus, ait, ne per acceptilationem debeam liberari. alioqui, inquit, dum à conreo meo petitur, ego inquietor.* Et iterum Ulpianus l. *si quis reum §. ff. de lib. leg.* in hæc verba scripsit. *Si quis reum habeat & fidejussorem, Iulianus scripsit, reum per acceptilationem libe-*

C 5

ran-

36 T. H. Rerum Quotidianarum
randum. alioquin, ait, si fidejussorem
coeperit convenire; aliâ ratione reus
convenitur. Eâdem ratione Paulus
ait. l. si unus 27. §. si cum reo ff. de
pact. Si reus sine suâ personâ pepige-
rit, ne à fidejussore petatur; prodesse
id fidejussori. non tam enim per liberam
personam illi adquiri, quam ipsi, qui
pactus sit, consuli. Quem modum
loquendi quum satis adsequutus sit
auctor glossematum, ad d. l. ult.
verb. compellebatur. C. de usur. rei ju-
dic. mirum est, non animadversum
esse ab eo, pro vulgatâ opinione
nihil facere constitutionem Imp.
Justiniani. Ex his patet, frustra
laborare Bartolum, quum adse-
rit statim significare summariam
cognitionem. nam ut demus id
ita esse; (quamquam non video,
quid colligi possit ex eo loco, l. 8.
C. unde vi. quem citat) utique post
cognitionem sententiam ferri o-
por-

portet. proinde contra Bartolum
id facit. Præterea existimat Bar-
tolus, si lege cautum fit, *sta-*
tim fieri quid debere, non re-
quiri sententiam. argumentum su-
mit ex Novellâ Constitutione de
incestis nuptiis. 12. §. 1. ubi Im-
per. sanxit, si quis liberos non
habens incestas nuptias contraxe-
rit; mox ei rerum suarum ca-
sum imminere; sin liberos ha-
beat, mox illos paternam acci-
pere successionem. Sed profe-
ctò non inde elicias, nullam fe-
rendam esse sententiam. quid e-
nim si neget factum? aut non
scientem fecisse dicat? utique
post exactam cognitionem judi-
cari oportet. Quinimo ipse Bar-
tolus alibi tradit, *sc. in l. Impe-*
rator 43. ff. de jure fisci. propter
delictum, quod personam re-
spicit, bona ipso jure non perti-
nere

38 T. H. Rerum Quotidianarum
nere ad fiscum, sed sententiam ju-
dicis requiri. quod & alijs Bald. ad
auth. hoc amplius. C. de fideicom. pla-
cuit. adeo quidem, ut licet statu-
to cautum sit, ipso jure bona ob-
delictum publicari; tamen inter-
loquutionem quandam desiderent.
Felin. ad c. præterea. de sponsalibus &
ad c. Rodolphus. n. 35. & 39. de re-
script. ut vel ex eo constare possit,
quàm nihili sit argumentum ex di-
ctâ Novellâ constitutione sum-
tum. Ad ea quoque, quæ Baldus
moveret, facilis est responsio. quid
enim? litium finis esse debet: an
idcirco contra formam judicio-
rum, sinè litis contestatione, &
sententiâ quempiam obnoxium fa-
ciemus exsequutioni? Tum quæ
vis argumentandi est in eo, quod
secundo loco proponit? puta fide-
jussorem promississe, judicatum rei
solvi; non ipsius fidejussoris. Si
pro-

promisit ; eatenus obligatus est, ut
conveniri possit ; ut mox dicetur.
Illud item xigui momenti est ;
quòd ajunt ad soliditatem judicij
hunc fidejussorem adhiberi. Ne-
gari enim id merito potest. quum
& sine fidejussore judicium æquè
validum sit. quippe subindè & ju-
dicio per sententiam finito, fide-
jussor accipitur ; ut tamen nihil
novetur. *l. si Stichum 8. §. idem Cel-
sus ff. de novat.* Proinde hoc mo-
do creditoris tantùm securitati
consultitur ; quo is plures habeat
reos debendi. Postremò quòd ad-
dunt, hunc fidejussorem ; judica-
ti scilicet ; in sententiam consen-
sisse, & in judicio quasi confessum
esse ; rursus inficias ibo, eum, cum
quo lis non est, ita videri esse in
judicio ; ut quâ in re pro confessio
haberi possit. Quin si rectè judi-
camus, non est ea confessio, sed

in

40 T. H. *Rerum Quotidianarum*
in jure facta stipulatio. tantum enim hoc agit creditor, ut habeat qui judicatum solvi sponderit. Ad hæc; ut ad constitutionem *Imp. Justiniani d. l. ult. C. de usur. rei jud.* redeamus; constat, eam fidejussoribus, nullo habito discrimine, concedere dilationem reo principali indultam. Id quum sic se habeat, unde est distinctio illa inter fidejussores judicati, & reliquos, qui in aliam quampiam causam, fidem suam adstrinxerunt? ut hi quidem conveniri & condemnari debeant, illi verò in judicati confestim judicatum faciant. **I T A Q U E** quum id ex facto proponeretur, mihi ratio facere visa est, ut Bartolo subscribi non posset; quamvis auctoritas ejus ferè pro ratione sit. nam si id admittas, simul non nova tantum, sed & absque quædam recipienda sunt. In primis,

primis, sententiæ effectum ad fidejussorem directè & sine intermedio extendi: qui tamen adeo condemnatus non est, ut in eâ nulla prorsus illius mentio fiat. atqui notissimum est, etiam inter easdem personas, potestatem judicis non pertinere ad ea, de quibus judicium cœptum non est. *l. ut fundus 18. ff. commun. divid.* Tum & hoc non excluderis, fidejussorem, qui jam solvit, ex eadem istâ condemnatione, quam creditor contra reum principalem obtinuit, ad reum redire posse; non secus ac si & is fidejussori condemnatus esset. si enim vera est Cyni, Bartolique opinio; omnino id cautum est ab *Iustiniano*, his verbis: *quia per medium fidejussorem statim pecunias persolvere compellebatur.* quin id ex eo effici, *Paulus Castrensis*

42 T. H. *Reverum Quotidianarum*
fis disertè adfirmat. *ad d. l. ult. C.*
de usur. rei jud. Quod quam sit alie-
num à juris ratione, nemo non vi-
det. Et; ut in breve conferam;
vel unica Pauli *in l. 1. ff. judic. solvi.*
definitio suffecerit confutandæ re-
ceptæ opinioni. *In stipulatione,* in-
quit, *judicatum solvi, post rem judi-*
catam statim dies cedit; sed exactio
in tempus reo principali indultum dif-
fertur. Cedere autem diem; auctore
Ulpiano l. 213. ff. de verbor. sign.
est, incipere deberi pecuniam. Quan-
tum hoc abest ab exsequutione!
prius diem venire oportet, ut pe-
ti possit; tum in iudicio fidejusso-
rem conveniri. Hæc jam ante scri-
pta, eo magis mihi nunc vera vi-
dentur, quod ita Senatium Sabau-
dicum iudicasse comperi, Cod. Fa-
br. lib. 8. tit. 27. de fin. 8. vel eâ so-
lâ ratione, quod ab exsequutione
non sit incipiendum.

Prior

Prior Creditor an revocare
possit pecuniam posteriori
solutam.

CAPUT V.

QUÆsitum, an prior credi-
tor secundo pecuniam, quâ
is dimissus est, possit aufer-
re. Cujus rei varia potest
esse inspectio. Nam quum pupil-
lus, heres patris, proponeretur uni
ex creditoribus solvisse; mox he-
reditate se abstinuisse, ita ut bona
venirent, Scævola scitè distinxit,
l. pupillus 24. ff. Quæ in fraud. cred.
ut si per gratificationem tutorum acce-
perit creditor, communicet: sin justè
exegerit, non item. sicut & non ab-
simili utitur in *d.l. pupillus* discrimi-
ne, quum bona sub creditoribus
essent, ac venire deberent. Cæ-
terùm

terum quum apud Scævola hoc tantum in quaestione sit, an in fraudem alienatum videatur; *l. 10. §. 10. d. t.* non pertinent ea ad propositum examen. Idem dicendum est de eo, quod in simili tradit Faustus: *l. si non expedierit 6. ff. de reb. auct. jud. poss.* uti nec huc facit quod alio loco Scævola; *l. tutores 61. ff. de cond. indeb.* item quod Papinianus. *l. si mulier. 31. ff. de minoribus.* quum utrobique agatur de creditoribus chirographarijs, iisque qui jus hypothecæ non habent. qui cum omnes eodem jure censeantur (nisi sint inter eos privilegiarij, quorum æstimatio non ex tempore, sed ex causâ est; *l. privilegia 32. de reb. auct. jud. poss.*) illud tantum inspicitur, dolo aut per gratificationem; an verò jure quis exegerit. Hæc ideo præmissa, ne mox necessè sit ad argumenta, quæ ex
ijs

is locis peti solent, respondere :
um commodioris distinctionis
gratiâ. ne (utiam à quibusdam Io-
ann. Andr. in addit. ad Spec. tit. de
obligat. & solut. Alberic. de Rosat. ad
l. l. pupillus. Ant. Peregrin. de jur.
isc. lib. 6. tit. 6. n. 8. factum) con-
undantur, quæ de pigneratitijs &
chirographarijs creditoribus sepa-
ratim tractanda sunt. Itaque in
propositio illud quæstionis erit, an
prior creditor, jure pignoris à secun-
do revocare possit nummos ei solutos.
Eâ de re, etsi abs Mat. de Afflict.
decis. 190. Anthon. Capyc. decis. 78.
Did. Covarr. pract. quæst. c. 29. lucu-
enti habiti tractatus; videri tamen
potest, nonnihil superesse. ideo-
que tentare visum est, an non cum
hoc discrimine definiri debeat ne-
gotium. In primis (nam & hunc
articulum facti species varium fa-
cit) si posteriori creditori data sit
pecunia

pecunia ab ipso debitore, antiquior creditor ex generali obligatione bonorum (quæ futura quoque comprehendit) *l. ult. C. quæ res pign. ob. lig. poss. &* nummos illos persequi posse videtur. quæ sententia ferè recepta est, teste Covarruvia. *Practicar. quæst. cap. 29.* Mihi rectius sentire videntur, quid referre putant, *Gail. 2. obs. 25. n. 26.* consumpta sit à secundo pecunia, nec ne. Eadem enim corpora obligata sint oportet: quum in rem agere dicatur, qui pignus persequitur. *l. 17. ff. de pignor. l. 18. C. eod. tit.* Nam quod objiciunt, *Matthæ. de Afflict. decis. 190.* *Anton. Peregrin. d. lib. 6. tit. 6. n. 8.* debitorem certæ quantitatis dici debitorem generis, ideoque interitu non liberari, non rectè huc adplicatur. quum qui sibi vigilavit, nihil cum anteriore contraxerit,

ex

ex quo in personam concipi potuerit obligatio: res vero, quæ priori nexa est, apud secundum non reperitur. Eoque magis qui sibi prospexit, debitor prioris creditoris dici nequit, quod pecuniæ (quo ad hanc quæstionem) substantia consideranda sit; non quatenus quantitate usum dominiumque sui prebet, nec enim novum est, nummos ut certum corpus accipi. *l. 51. l. 108. §. quod quinque de leg. 1. l. 30. §. certis ff. ad leg. Falcid.* adeo ut & vindicari possint, eoque nomine ad exhibendum agi: *l. 1. C. de nox. act.* hoc amplius, ut si certos nummos, puta quod in arcâ sunt, stipulatus sim, iique finè culpâ promissoris perierint, nihil mihi debeatur. *l. si certos 37. de verb. oblig.* quæ definitio ad hanc rem facit: quum (ut ante diximus) prior creditor ipsum corpus numerorum

morum

48 T. H. Rerum Quotidianarum
morum persequi debeat. Tradit
id Scævola, l. 34. §. 2. ff. de pignor.
qui disertè ait, corpora pecuniæ obli-
gari. Proinde si consumta ea jam
est; nihil necesse est, cum Affli-
cto, decis. 190. æquitatem aliquam
fingere; sed ipsa ratio facit, ne
revocari possit. Nec mutat, quòd
fiscus ei, cui à debitori solutum e-
rat, sine discrimine pecuniam au-
ferat. l. deferre 18. §. ult. l. 19. 20.
& 21. ff. de jur. fisc. l. 5. C. de privil.
fisc. quippe ex privilegio fisci, &
(ut Imp. ait) d. l. 5. C. de priv. fisc.
extraordinario jure id obtinet quod &
ex Pauli verbis colligi videtur, qui
ait, d. l. 21. ff. de jur. fisc. fiscum suo
jure usum esse. Non idem itaque e-
rit in privato; uti & Fulgolio ad
l. pecunia. & ad l. cum fundus, §. ser-
vum ff. si cert. pet. placuisse refert
Covarruvias. d. cap. 29. practicar.
quest. vid. Ant, Peregrin, de jur. fisc.
lib.

lib. 6. tit. 8. n. 8. Obtinere autem id (quod ad hanc speciem attinet) ex privilegio fisci, vel inde quoque constare potest; quod sine discrimine revocetur pecunia. quum tamen alioqui tam accuratè distinguant Jcti; dolo, aut per gratificationem, acceperit creditor, nec ne; uti ex ijs patet, quæ suprà relata sunt. Firmat hoc, quòd quum Papinianus *d. l. deferre. §. ult. ff. de jur. fisc.* interesse putaret; sciverit creditor, publicum quoque esse debitorem: Marcianus tamen *receptum dicat, & ab eo, qui ignoravit, revocari.* Quin & illud quodammodò potest specialiter jure adjectum videri; revocata pecuniâ rursus directam actionem creditori competere; nec fidejussorem, aut pignora liberari. *d. l. 18. & seq.* quamquam postremum hoc non sine ratione

D fit.

50 T. H. Rerum Quotidianarum
fit. namque ei solutum esse nemo
dicet, qui quod accepit restituere
cogitur. quia nec cepisse dici po-
test. l. 51. ff. de reg. jur. Et cum res
ei dicatur abesse, cui pretium ejus,
aut æstimatio abest; l. 14. ff. de
verb. signif. ideo Paulus ait, d. l. Ti-
tius ff. de jur. fisc. nihil interesse, id
ipsum quod solutum est, an tantundem
repetatur. puta quod ad liberatio-
nem pignorum attinet, quæ con-
tingere non potuit, nisi verè &
cum effectu creditori sit solutum.
quod hîc obiter monendum fuit,
ne quis autumat, verba Pauli di-
stinctioni nostræ repugnare. Re-
linquitur ergo, ab eo, quod in fis-
co ex privilegio obtinet, non re-
ctè inferri ad negotia privatorum.
Nam Antonio Neguzantio de pig.
4. part. princip. n. 33. arbitranti,
ratione tacitæ hypothecæ fiscum
pecu-

pecuniam repetere, non video cur
assentiri debeamus. utique enim
qui tacitam hypothecam habent,
non ideò contra Juris regulas per-
sequi possunt ea, quæ nexa eis esse
lex non voluit. id enim commodi-
tantùm habent, quod sine conven-
tione lex ipsa jus hypothecæ con-
stituat: in cæteris Jure communi
utuntur. Nec est, quod cum An-
tonio Capycio *decis.* 78. quis repli-
cet; & in quolibet privilegiario
creditore id obtinere, ut sine dis-
crimine, quod alijs solutum est,
repetat. Primo enim constat gene-
raliter, tum demùm privilegiario-
rum rationem haberi, si hypothe-
carij expressum jus habentes, aut
nulli sint, aut qui fuere soluti. ut
eâ ratione ad nostram thesin illud
non pertineat. Tum quod attinet
ad locum Pauli, *l. ex facto* 52. §.

D 2

ult.

52 T. H. Rerum Quotidianarum
ult. ff. de pecul. quo Accursium se-
quutus sententiam suam tueri vult
Capycius ; nihil cum proposito
commune habet tractatus ibi de
restitutione habitus. Tantum e-
nim definit Paulus, filio dote da-
ta, vel, si is tutelam administra-
verit ; habendam esse rationem
privilegiariorum ; puta ut in con-
cursu præferantur : si verò prio-
res agant, qui privilegium non ha-
bent ; cautionem interponendam,
restitutum iri (patri scilicet de pe-
culio convento) si inferatur postea
cum patre actio privilegij. Nec ex
Ulpiani loco, l. 3. ff. quæ cum eo
qui in al. potest neg. gest. quem citant,
aliud elicias, quam privilegiao-
rum habendam esse rationem : so-
lutionis utique tempore, & peten-
tibus jam omnibus creditoribus ;
ut prorsus dispiciendum fuerit, cui
tutius solvi posset. quod & Covar-
ruvias

ruvias rectè explicat. At plurimùm hæc distant; privilegiorum rationem habeas re integrâ, & quum solutio flagitatur; an vero ex privilegio repetere velis, quod jam solutum est. Itaque in hac specie, si consumpta sit pecunia; nihil juris priori creditori damus adversus secundum. Illud in difficili est; si non consumpti quidem sint nummi; sed alijs ita permixti, ut dignosci nequeant. Censentur quidem confusione perijsse: uti & alia quæ pondere, numero & mensurâ constant. Tamen non neges ipsa corpora penes secundum creditorem esse. durum proindè videbitur, creditori primo jus persequendi pignoris negare: nisi per confusionem non tam jus sublatum dicas, quàm probationem. quum enim ante omnia necessarium sit pignus persequenti, rem certam

54 T. H. Rerum Quotidianarum
designare; & probare, fuisse illi-
us, qui eam obligavit: de facto
magis controvertetur eo casu,
quàm de jure. Sed non is casus
nunc nobis propositus.

An pecunia ex venditione
pignoris à secundo creditore
redacta priori teneatur.

CAP. V I.

Proponebatur, secundum cre-
ditorem quidpiam ex rebus debi-
toris distraxisse, & ex pretio di-
missum esse: distraxisse scilicet,
ipso facto; uti alibi refertur. l. 1. ff.
de distr. pign. l. rei 17. C. eod. tit. ne-
mo enim; qui non reliquos omnes
antecedit; distrahere potest cum
effectu, id est, jure creditoris, le-
geque pignoris; &, ut aduersus
omnes

omnes securus sit emtor. l. 3. ff. di-
 str. pign. l. 1. C. si antiq. cred. pign.
 vend. l. 18. C. de distr. pign. namque
 hoc est, quod ajunt Impp. Dioclet.
 & Maxim. l. qui diversis 8. C. qui pot.
 in pign. secundum creditorem non alias
 facultatem distrabendi habere, quàm
 si priori debita soluta fuerit quantitas.
 Itaque si distraxerit secundus cre-
 ditor rem priori nexam; an admit-
 timus pecuniam ex pignore redactam
 priori teneri? Planè pretium rei dici
 nequit oppigneratum. quum id a-
 dedò in locum qualitatemq; rei non
 succedat, ut ne quidem à domino
 rei venditæ possit vindicari. l. qui
 vas. 48. §. cum fur. ff. de furt. l. 3. §. 9.
 ff. de statul. Sic vice versâ, quod pe-
 cuniâ vel fructibus pigneratis emi-
 tur, non censetur obligatum. l.
 idemque 7. ad fin. ff. qui pot. in pig. l.
 3. C. in quibus causis. pign. tac. contr.

Eâdem ratione (si nihil convene-

D 4 rit)

56 T. H. Rerum Quotidianarum
rit) non idè mihi tenetur prædi-
um, quia pecuniâ à me mutuo
sumtâ emta est. *l. quam vis 17. C. de
pign.* uti nec jus pignoris mihi com-
petit, si ab alio mea pecunia mu-
tuo data sit. *l. si maritus 19. C. de di-
str. pign.* Nec his obstat, si quis
autumet; uti res abesse censetur
ei, cui pretium abest; *l. 14. ff. de
verb. signif.* ita rem videri habere
eum, qui pretium percepit. Nam
ad æstimationem commodi quod
attinet, aut damni; nihil quidem
refert, res absit, an pretium. un-
de & res illi evicta censetur, quod
solvit. *l. si rem 29. ff. de evictionibus.*
Hic verò de eo laboratur, an
pignus, quod in re constitutum
est, ad pretium ex eo redactum
pertineat. Id autem rationem non
habere, vel ex eo solo efficitur,
quid pignus consensu constitui o-
porteat: consensisse verò in ob-
gatio-

ligationem ejus rei, dequâ cogitatum non est, nemo dixerit. qui enim de pretio venditi ab alio pignoris sollicitus fuerit prius creditor, qui in re ipsâ cautionem sibi voluit esse? Sed hæc fortassis accipienda sunt de speciali obligatione; à quo non admodum dissentio. Ex generali enim futurorumque hypothecâ, priori tenetur quidquid in bonis debitoris esse cœperit. Hoc itaq; videamus possitne pecunia ex pignore redacta dici ad debitorem pervenisse. Equidem debitor nummos illos non contrectavit. nec enim ab eo, sed ab emtore pignoris profecti. Erit forsan, qui brevi manu solutionem factam esse censeat; quasi jussu debitoris emtor pignoris solverit: ac proinde debitorem cepisse videri; utpote obligatione solutum. *l. 115. de regula juris.*

D 5 præ-

58 T. H. Rerum Quotidianarum
præsertim quum verbum exactæ pe-
cuniæ non ad solutionem tantum ;
sed & ad delegationem referatur.
l. 187. ff. de verb. sign. Sed nihil id
onerat. Et si enim secundus credi-
tor, lege pignoris non potuerit a-
lienare ; nec securum facere emto-
rem, quo ad jus primi : *l. 3. ff. de
distr. pign.* habuit tamen jus distra-
hendi, debitore non solvente ; si
ipsum debitorem spectamus. ideo-
que debitori nunquam jus compe-
tijt eo nomine adversus credito-
rem ; nisi quid dolo ab eo admis-
sum sit. *l. si cessante 7 C. de distr. pig.*
Quando itaque penes secundum
nihil est, in quo hypotheca primi
consistere possit ; (debitor enim
tantum per distractionem eam à
secundo liberatus est) consequens
est, ut prior creditor possessorem
pignoris sequi debeat, uti Papin.
definit ; *l. 1. ff. de distr. pign. vid. l.*

17. *C. eod. tit.* vel debitorem personali actione conveniat. *l. 14. § 15. C. de pign.* Salvum est enim primo creditori jus pignoris in rem ipsam; quæ sine causâ suâ transferri non potuit; *l. 67. ff. de contrah. emt. l. 12. C. de distr. pig.* ac ut debitor alienando, paciscendove cum secundo, conditionem primi deteriorem facere non potuit; *l. 17. C. qui pot. in pig.* quin ne quidem rem alteri obligatam oppignerare, *l. 15. §. qui res suas ff. de pig.* puta, quantum ad jus prioris: *l. 12. §. sciendum §. qui simplicit. ff. qui pot. in pign.* ita nec secundus suâ distractione ei potuit officere. Illud addendum. Cum heres confecto inventario, creditoribus solvit, quo quisque tempore debitum petit; constitutum est, priores creditores vel hypothecariâ, vel conditione ex lege, repetere posse ea, quæ poste-

D 6 riori-

60 T. H. Rerum Quotidianarum
rioribus percepta sunt. *l. ult. §. si*
verò creditores C. de jur. delib. Ea de-
finitio à superioribus diversa est:
& merito. quippe eâdem constitu-
tione cautum est; nec heredem,
nec item emtorem rem rerum ob-
ligatarum, eo nomine ab anterio-
ribus creditoribus conveniri posse.
Proinde quum jus perfequendi pi-
gnoris adversus emtorem subla-
tum sit; oportuit creditoribus alio
modo consuli. quasi lex id agat,
quod alioqui solent creditores; ut
venditio scilicet non aliâ lege facta
censeatur; quam ut anteriores ex
pretio dimittantur. *l. 4. §. i. ff. quib.*
mod. pign. vel hypoth. solvat. alioqui
nimis durum foret, longeque abi-
ret à ratione; licere heredi ita pi-
gnus distrahere, ut securus sit em-
tor. quum debitor ipse nullâ in re
creditoris conditionem deterio-
rem facere potuerit. Itaque hic ca-
sus

ius diversum jus à superioribus habet. Non idem tamen dicendum, quum debitor bonis cedit; aut aliqui bona in eo sunt, ut ex decreto Judicis venire debeant. Vigilandum enim tunc unicuique, ut adsit, & protestetur se jure suo velle uti adversus alios creditores; ut statuat Judex, quo ordine cuique ex pretio solvendum sit. Cæterum quando programmata, quæ hîc adfiguntur, non facile innotescunt creditoribus, qui alibi, domicilium fovent; & subindè intuitu ætatis, aut ex aliâ justâ causâ, rursus disceptari potest, quis potior sit: more judiciorum nostrorum receptum est, ut cautiones interponantur.

De

De mutuâ conjugum in-
stitutione.

CAPUT VII.

Conjuges eisdem tabulis, ut as-
solet ferè, filiam heredem scrip-
sere; eaq; mortuâ, liberos ejus.
si verò sine liberis decederet; in-
vicem bonorum omnium usum fructum
sibi legarunt: à morte superstitis iis in-
stitutis heredibus, qui ex lege successu-
ri erant. Obiit maritus: & non multo
post filia impubes. Qui ad hereditatem
mariti adspirabant, totam petunt.
Negat mulier, jus eis esse se vivente:
& ut esset; nihil præter semissem petere
posse. obstare enim iis jus detractionum,
quod filia competierat. replicant illi,
per compendium verborum filia pupilla-
riter substitutum esse à patre. Videamus,

mus, primum an *heredibus mariti*
us sit, vivâ muliere: deinde, quæ
substitutio sit. Et quidem (ad pri-
mum quæsitum quod attinet) mu-
lier in vivis esse proponitur. quum
itaque incertum sit, quando ab ijs
abitura; necesse est, fateamur, à
marito ex die incerto heredes scri-
ptos esse. is autem semper in testa-
mentis pro conditione est. *l. dies*
75. ff. de condit. & demonstrat. Sunt
tamen, qui nescio quas institutio-
nes in usu fructu; & quæ fideicom-
missa hîc imaginantur. præsertim,
si mulieri facultas alienandi, mi-
nuendi concessa. *Vid. Peck. de test.*
conjug. lib. 5. cap. 18. Nec defuere,
qui negarunt, hoc casu institutio-
nem pendere. *Vid. Gail. 2. obser. 143.*
Per me licet quisque hîc quod vult
censeat: at ab eo non possum avel-
li; quin putem, vivente muliere;
de quâ agimus; ad hereditatis pe-
titio-

64 T. H. Rerum Quotidianarum
titionem admitti non posse eos,
qui eâ mortuâ demum heredes ma-
riti erunt. Pendente conditione
nec pro herede gerere, nec adire
quemquam posse, certissimum est.
Itaque si superstite muliere unus
atque alter ex proximis decede-
ret: reliquis adcreceret, qui in
eodem gradu. Nec enim trans-
mittere possent hereditatem,
quam adire non potuerunt. eo ma-
gis, quod nec legatum (cujus ta-
men, etiam non agniti transmis-
sio est, *l. ult. quando dies legat.
ced.*) sub die incerto datum non
transmittatur; legatario ante di-
em mortuo. *l. i. §. dies ff. de con-
dit. & demonstr. l. 4. ff. quando di-
es leg.* Proinde ratio facit, ut
quàm lubentissimè subscribamus
sententiæ Senatus Sabaudici, qui
censuit, institutionem in penden-
ti esse; interim autem curatorem
bonis

bonis dandum, à quo dies usus
fructus cedat. *Cod. Fabr. lib. 6. tit.*
5. defin. 2. Relinquitur itaque non-
dum peti posse ab heredibus ma-
riti. Cæterùm quia & de substi-
tutione quæsitum est; videamus
quid ex ea possit effici. vulgaris
hîc vix facta videri potest. & ut
effret; locum habere non potur-
it. quando filia patri superstes fu-
it: & fuitas traditionem non re-
quirit; eoque amplius tabulas su-
stinet. Unde sequitur, nec ta-
citam pupillarem hîc esse. *l. jam*
hoc jure 4. ff. de vulg. & pup. sub-
stitut. quamquam non tam fiden-
ter eo solo argumento id susti-
nendum; nisi alia subessent. In
quibus primum locum habet,
quòd conjuges iisdem verbis, &
eâdem non tam periodo, quàm
voce quodammodo; filia sub-
stituerunt. Id quum eadem
men-

mente, ac cogitatione ab utroque factum esse debeat: quâ ratione admittemus eorundem verborum diversum effectum? mater enim, quæ filiam in potestate non habebat, testamentum ei facere non potuit. Requiritur autem in huiusmodi habilitas quædam & aptitudo, quæ utrique testantium æque conveniat. Et inde est, quod cum pater filios, quorum alter pubes, alter impubes est, invicem substituit; vulgaris tantum; non tacita pupillaris intelligatur. *d. l. 4. § sed si alter. 2. d. t.* quia (ut Logicorum more loquamur) termini invicem habiles non sunt. Accedit alterum, quod cogitationem omnem de pupillari ætate rejicit; substitutio liberorum scilicet ex filiâ. Eos impubes habere non potuit. An non igitur longius prospexisse patrem dicimus? ultrâ impuberis annos autem

autem non potuit ; nisi per fidei-
commissum. Firmat ea. quod cum
primo & carissimo loco substituti
sint nepotes , ex filiâ sperati : tan-
dem demùm à morte mulieris pro-
ximis mariti locus datus sit. quæ
cum substitutione pupillari nihil
commune habent. Uti nec per
compendium verborum quidquam
hîc actum videri potest. Requi-
runtur enim ad id verba , quæ om-
ne tempus comprehendunt. uti ,
Quandocunque heres decesserit ; & si-
milia. Vigl. ad s. ult. n. 3. Inst. de
pup. subst. Et hoc ampliùs , in ver-
bis nullum rectum ; sed precaria &
obliqua : quibus utique ne solus
quidem pater , filiæ suæ testamen-
tum facere potuit. Respondi ita-
que nondum jus petendi proximis
mariti competere : & quum foret ;
non ultrà semissem. eo enim & In-
terpretum , & rerum judicatarum
aucto-

68 T. H. Rerum Quotidianarum
auctoritas nos redegit, ut piacu-
lum quodammodo sit, in dubium
revocare duas detractiones ex fi-
deicommisso, quod conditio-
nem habet.

An testator cavere possit, uti
Legata; quæ minori testium
numero adhibito postea
dederit; rata sint.

CAP. VIII.

ALiquoties ita Testamento
cautum repperi. *Quæ post-
hac legata, licet duobus tan-
tum adhibitis testibus dede-
ro, rata esse volo.* Et quum pete-
retur quod ad hunc modum da-
tum erat; scio quæsitum, an de-
beretur. Papiniani quidem aucto-
ritas

ritas hoc videtur suadere. nam
quum ita scriptum esset. *Quem
heredem codicillis fecero, heres esto:*
& Titius codicillis institueretur:
ait valere institutionem. *l. asse to-
to 77. ff. de hered. institut. ideo,
inquit, quod licet codicillis dari he-
reditas non possit; tamen hæc ex te-
stamento data videtur. Ad idem
facit quod tradit Ulpianus; l. in-
stitutio 10. §. 1. ff. de condition. in-
stitut. Si ita quis scripserit, Cu-
jus nomen codicillis scripsero, ille mi-
hi heres esto: valere institutionem.
Sic, si ita scripsero, quantum co-
dicillis Titio legavero, licet codi-
cillis legatum explicetur, tamen ex
testamento valet, solaque quanti-
tas in codicillo delata est. l. si ita
scripsero 38. ff. de condition. & de-
monstrat. Nam (ait ibidem Pau-
lus) & apud veteres legata talia
fuere, *Quantum ei per epistolam
scripse-**

70 T. H. Rerum Quotidianarum
scripsero; quantam ex illa actione de-
traxero, heres dato. Proinde & in
proposito dicendum est, valere le-
gatum quasi testamento datum.
VERUM non idem in hac quæ-
stione statuendum putarim. Nam
in ijs quæ apud Papinianum *d. l. as-
se toto*. Faulum *d. l. si ita scripsero*. &
Ulpianum *d. l. institutio*. proponun-
tur, institutio, legatorumque da-
tio rectè dicuntur in testamento fa-
cta; licet expressio nominis quan-
tatisque in codicillos rejecta sit.
In casu proposito verò non constat
de voluntate testatoris ex testa-
mento. quippe verba testamenti
incerta sunt, ut ne quidem dici pos-
sint ex futuro penderè. non enim
ait se dare legareve, sed si quid
postea dederit, ut id ratum sit, ac
tamquam testamento datum vale-
at. Proinde quia in hac hypothe-
si nec voluntas legantis, nec quan-
titas

itas legati, nec nomen legatarij
testamento continentur: nulla ra-
tio facit, ut hujusmodi legatum ex
testamento valeat, utpote quod
coram duobus testibus tantum da-
tum est. qui numerus ad proban-
dam voluntatem non sufficit. quod
in omni ultima voluntate (excepto
testamento) quinque testes requi-
rantur. *l. ult. §. ult. C. de codicill.*
Non debetur ergo quod ita reli-
ctum est. Et ideo magis dicendum,
quod qui cavet testamento, ut le-
gata coram duobus testibus data
valeant, quodammodo hoc agere
videtur, ut forma à lege præstitu-
ta in suis legatis locum non habeat.
nemo verò facere potest, ut lex
non habeat locum in testamento.
l. nemo § 5. ff. de leg. 1. Cum enim res
per testium solennitatem ostenditur:
tunc (ut ait Imp. *l. ult. §. sed sive*
quinque C. de fideic.) & numerus testi-
um

um & nimia subtilitas requirenda est. Longè verò alia ratio est in ijs, quæ ex Papiniano, Paulo & Ulpiano supra retulimus: utpote in quibus voluntas & (ut ajunt) dispositio testatoris testamento comprehenduntur, expressio verò nominis ac quantitatis aliunde sumitur. ita ut id quod demonstrat tantum extra testamentum sit. sicut & in istis speciebus, *Quanta quisque eorum ex parte heredem me habuerit scriptum: l. hoc articulo 29. ff. de hered. instit. Ex qua parte mihi socius est in vectigali salinarum: l. liber homo 59. §. si quis ita ff. de hered. inst. Qua ex parte Titius heredem me instituit, l. illæ autem 71. d. t. & similibus. Nec huc facit quod ferè eo jure utimur, ut si testator coram septem testibus ostensâ, sed non lectâ schedâ, dixerit in eâ suprema sua se ordinasse, eaque à testibus signata*

gnata. fit ; valeat ut nuncupatum
 testamentum. *Dd. ad l. asse. toto. Co-*
varr. ad C. cum tibi. n. 5. x. de test.
Mant. de conject. ult. vol. lib. 1. tit. 7.
n. 7. Clarus lib. 3. Sent. §. testam.
quest. 4. num. 3. admittitur enim
 hoc ob indubitatam fidem. quippe
 quod subsignatio illa omnem falsi
 suspicionem tollat : ut dubitari
 non possit, quin eum heredem es-
 se voluerit testator, cujus nomen
 in scheda scriptum est. Caterum
 in hac nostra specie non constat,
 testatorem cuiquam legare voluif-
 se. nec enim ait se dare : sed si de-
 derit, ut valeat. proinde totum
 hoc conceditur fidei duorum te-
 stium : quod fieri nequit. *d. l. ult.*
§. ult. C. de codicill. Quæ ratio facit,
 ut merito dubitari quoque possit an
 verum sit quod à plerisque recep-
 tum videtur, *Clar. d. loc. & quest.*
36. n. 2. vid. item Vasq. de success.

E

creat,

74 T. H. Rerum Quotidianarum
creat. lib. 2. §. 17. n. 53. valere &
tunc testamentum, quum testator
septem testibus adhibitis ait se eum
heredem facere, cujus nomen con-
tinetur quâdam schedâ, quæ pe-
nes Titium est. licet enim hoc casu
certum sit, testatorem heredem
instituire voluisse; & hoc amplius
heredis nomen in schedâ quâpiam
scriptum esse (quorum neutrum in
proposito certum est:) totum ta-
men hoc testamentum ex fide uni-
us hominis pendet. eoque quia re-
latio (ut ajunt) indubitata non est:
vix scio an quæ communis dicitur
opinio possit admitti; nisi quam-
plurima concurrant quæ schedæ
fidem faciant. Sed ut sit, legatum
de quo hîc quæritur, respondi non
deberi. Et ita à Senatu nostro
judicatum scio.

An

An nepos, si matris hereditatem repudiaverit; conferre dotem teneatur, ad L. illam 19. C. de Collation.

CAP. IX.

SI nepotes ex filio filiave præmortuâ, unâ cum patruis avo succedant; constituit Imp. Justinianus, nepotes dotem donationemve propter nuptias pro matre patreve eorum datam conferre debere. *l. illam 19. C. de collat.* Dubitatum fuit de nepote, qui maternam hereditatem repudiaverat. Justiniani constitutio nullo quidem utitur discrimine. Æquitas tamen, & juris ratio aliud dictant. nam quum de collatione quæritur; pro regulâ est, ea demum conferri,

E 2 quæ

76 T. H. Rerum Quotidianarum
quæ in bonis sunt eorum, qui con-
ferre debent; idque deducto ære
alieno. *l. ea demum C. de collat. bon.*
Et in specie responsum est, nepo-
tem avo succedentem id demum
conferre, quod deducto ære alie-
no ex bonis paternis apud eum est.
l. 2. §. 1. ff. de collation. idque adeo
obtinet, ut si quid conferendum
fit; cum effectu quæsitum esse o-
porteat, ut & ad heredes trans-
mitti possit. l. 1. §. si impubere ubi
Bart. ff. de coll. bon. Cui juri quum
speciatim derogatum non sit; ne-
cesse est dicamus, constitutioni
Justinianæ tum denique locum ef-
se, quum dos matri data & ad
nepotem pervenerit. Nec huc
facit distinctio, quam in colla-
tione dotis constituit Justinianus,
Novell. 97. de æqual. dot. §. ult.
quum maritus solvendo non est.
quippe quod nepoti hereditate se
absti-

abstinenti, matris negligentia nocere non possit. ille enim non matris, sed suo jure censendus est. Ad hæc bona conferenda sunt viri boni arbitrio. *Vir autem bonus* (ut ait Paulus) *l. 2. §. 2. ff. de collat. bon. arbitraturus non est, conferendum esse id quod quis nec habet, nec dolo nec culpa desit habere.* Tum etiam in collatione dotis quicumq; confert, & suam personam numerat in partibus faciendis. *l. 1. ad fin. d. t.* Sed hanc frustra numerent, qui cum nihil perceperint, nihil conferre possunt, cujus partem sibi quarant. Itaque relinquitur; constitutionem Justiniani de iis agere nepotibus, qui parentum suorum heredes sunt. quod & auctor glossematum, *gloss. ad d. l. illam C. de collat.* non obscure indicat. Quæ cum ita sint; respondi in propositâ specie nullam esse collationem: nec

78 T. H. Rerum Quotidianarum
referre, solus, an cum avunculis
nepos avo succedat. Nec ignoro
alijs secus visum esse. Sunt enim
qui autumant: *uti Pet. Heigius lib. 1.*
Quæst. cap. 24. ad fin. nepotem non
heredem matris dotem conferre;
si cum avunculis suis succedat: si
cum itidem nepotibus; aliud obti-
nere. Pro argumento ejus est,
quod nepos non tam suo jure &
nomine, quàm loco & (ut ajunt)
ex personâ matris avo succedat.
ideoque æquum esse, ut quod ma-
ter, si viveret, factura erat, id
nec ipse detrectet. Sed vereor ne
parum momenti in eo sit. Quid
enim? Post constitutionem Justi-
niani, *Novell. de hered. ab intest.*
118. nepotes in filiæ defunctæ (ut
in eâdem thesi maneamus) locum
succedere dicuntur. non eo sensu,
quasi filiæ vivo patre suo quidpiam
juris competierit: sed quod (uti
disertè

disertè dictum à Justiniano) nepotes eam partem consequantur, quam filia; si superstes fuisset; habitura erat. Proinde quum lex ipsa nepotes vocet, & in eo ordine in gradum nolit inquire: nihil filia in nepotes transfert. nisi quod ipsa ubi locum habere definit, nepotibus facit. Quid hic juris ex personà filiaë? Celsus *l. dotem 6. ff. de collat. bonor.* quidem ait, quod pater filiaë est, id propter filium avum nepti esse: ut eam dotet scilicet, & cætera præstet, quasi intuitu aliquo filiaë simul & neptis. ad quæ quidem avus propter filium tenetur. *l. 7. §. ult. ff. de in rem vers. l. 5. §. ff. 1. de jure dot.* At illud huc non pertinet, ubi de legitimâ agitur successione, in quâ nullum factum, nulla præstatio est ejus, qui in medio esse, & sequentibus obstare desuit. Ad hæc quæ ratio est, ut

nepotes dotem ei datam, cuius heredes non sunt, avunculis conferre debeant: non item nepotibus alijs, cum quibus soli succedunt? Collationis causa est æqualitas. ea cur hoc casu magis cesset quam illo, nullus video. Et; si verum amamus; alienum est ab omni jure discrimen quod statuunt. Nepotes ex pluribus filijs quum soli succedunt, utique partes habent ex stirpibus. itaque & tum parentes quisque suos representant. id quum ita est; efficitur (si verum est quod illi volunt) dotem conferant. Et plura sunt, quibus convinci potest, non subsistere differentiam illam. sed nihil necesse est deijcere quæ per se corruunt. Illud itaque stat, nepotes, qui matris hereditatem respiciunt, dotem ei datam nec hoc nec illo eventu conferre.

An

An exceptio inofficiosi
quinquennio etiam termi-
netur.

CAP. X.

VLPIANUS libro decimo
quarto ad edictum ait, *l.*
Papin. 8. §. si filius. 13. ff. de
inoffic. testam. filium exhe-
redatum; si in possessione sit he-
reditatis; scripto herede petente,
in modum contradictionis quere-
lam inducturum: quemadmodum
(inquit) ageret, si non posside-
ret, sed peteret. At si agere velit
filius; notum est, intra quinquen-
nium id facere debere. *d. l. 8. §.*
ult. & l. si quis filium 34. C. de inoffic.
testam. An ergo & intra quinquen-
nium tantum excipiet? Equi-

E 5

dem

82 T. H. *Rerum Quotidianarum*
dem quum is, cum quo agitur, in
manu suâ non habeat, quando con-
veniatur: dicendum videtur, per-
petuò competituram ei exceptio-
nem. quod in exceptione doli, &
pacti ne peteretur, constitutum est.
l. pure §. ult. ff. de dol. mal. exc. l.
si pactum C. de except. Cæterum si
hoc admittimus; eveniet, ut elap-
so quinquennio querela inofficiosi
proponi possit. nam filius exhere-
datus, quum ab eo petitur heredi-
tas, an non ita excipiet, *Nisi inoffi-*
ciosum sit testamentum? quâ in re u-
tique nihil differet ab eo, qui ut
actor inofficiosum dicit. quippe
quod reus excipiendo fiat actor;
ac exceptio inofficiosi implicitam
habeat querelam: quo faciunt ver-
ba Ulpiani *d. l. 8. §. 13. quemadmod.*
ageret si non possideret, sed peteret.
Proinde Angelus Perusinus, Ra-
phael Fulgosius, Paulus Castren-
sis,

his, & Petrus Costalius *ad d. l. 8. §. si filius 13. ff. de inoff. testam* rectè sentiunt, filium exheredatum intra quinquennium tantùm hac exceptione usurum esse. eo quod reverà hujusmodi exceptio nihil differat ab actione: solæ verò merræ exceptiones perpetuæ sint. De doli autem exceptione quod allatum est, *d. l. 5. §. ult. ff. de dol. mal. exc.* non huc facit. Nam & si ex eâdem causâ hæc detur, ex quâ actio doli: nonnihil tamen ab ea differt. exceptio quidem à parte ejus, qui obijcit, in rem est; non in personam: *l. 2. §. 2. ff. de dol. exc.* actio autem utrimq; in personam. Tum actio doli & restitutionem continet & alia quædam, *l. arbitrio judicis 18. ff. de dolo malo.* quæ biennio elapso consequi non poterimus: exceptione id tantum agitur, ne quis ex dolo suo lucrum faciat con-

trâ naturalem æquitatem. *d. l. i. ff. de dol. mal. except.* idque rationem habet, ut qui ab alio circumventus est; nec tamen quidquam præstitit eo nomine; perpetuò tutus sit exceptione doli. Donec enim nihil ei abest, cur aget? at quando conveniatur in suâ potestate non habet. proinde merito ei datur perpetua exceptio. *d. l. purè §. ult. ff. de dol. mal. exc.* In propositâ verò specie diversum est. filius enim exheredatus, etsi in possessione fuerit hereditatis: scire tamen debuit, repugnare defuncti voluntatem. ea verò everti non potuit citra querelam inofficiosi. quam si non proposuit; aut scriptum heredem non coegerit, ut aut peteret aut desisteret: *ex l. 5. C. de ingen. manumis.* habet quod sibi imputet.

An

An is cui res non solenni testa-
mento relicta est ; si possideat ; re-
tinere illam possit ?

C A P. X I.

Bartolus, *ad l. nemo potest. n.*
18. & 19. ff. de leg. 1. & ad l.
1. n. 6. & 7. ff. de cond. indeb.
eumque sequuti complures
alij, quos recensent Antonius Ca-
picius, *decis. 89. num. 2. & Julius*
Clarus, lib. 3. sent. §. testam. quæst.
90. num. 3. constanter adfirmant ;
eum cui res non solenni testamen-
to relicta est, si possideat sinè vitio,
tutum esse exceptione : quamvis
exigere non potuisset. Idq; his de
caussis. cum quod hujusmodi lega-
ta naturà debeantur, *glos & Bart. ad*
l. cum quis C. de jur. & fact. ign. ac pro-
inde & in compensationem admit-
ti possint : *l. etiam de comp.* tum quod
in hujusmodi re potior sit caus-
sa

86 T. 1 H. Rerum Quotidianarum
sa possidentis. l. militis §. veteranus.
ff. de test. milit. Addunt alij rescri-
ptum Antonini, l. 2. C. de fideicom.
& id quod tradidit Paulus. l. in te-
stamento 38. ff. de fideicom. lib. An
vera sit hæc sententia, pluries dis-
ceptatum scio. nec sinè caussa. Pri-
mò enim dubitari meritò potest,
an quod imperfecto & non solenni
testamento datum proponitur, na-
turâ debeat. Ut id negem, mo-
vet me rescriptum Imp. Dioclet.
& Maxim. l. fideicommissum 7. C. de
condict. indeb. Ajunt explorati juris
esse, fideicommissum vel legatum inde-
bitum per errorem facti solutum posse re-
peti. Necessè est igitur, dicamus
nec naturâ deberi, quippe quod ejus
quod naturâ debetur, nulla est con-
dictio. l. naturaliter. 13. ff. de con-
dict. indeb. Firmat id & Ulpianus,
quum ait, l. 2. §. si quid ex testamen-
to ff. de cond. indeb. Si quid ex testa-
mento

mento solutum sit, quod postea falsum
vel inofficiosum, vel irritum vel ruptum
apparuerit; repetitur. quæ defini-
tio Ulpiani quatenus novissimo ju-
re Novell. 115. cap. 3. §. 14. vers.
sive igitur omnes. sublata sit, quoad
præstationem legatorum, quum
non adjectâ aut non probatâ causâ
testamentum rescinditur; non hu-
jus loci est inquirere. Cæterùm il-
lud in confesso sit oportet, hujus-
modi legata ne naturâ quidem de-
beri. quod tamen accipiendum est;
si testamentum ne quidem valere
possit jure codicillorum, quibus
heredes ab intestato rogati cen-
seantur. Eiusdem ponderis sunt
& reliqua argumenta. uti, in pa-
ri causa potiore esse conditio-
nem possidentis. quæ enim paritas
est inter heredem, qui dominus
est rei legatæ, & legatarium, qui
aded juris nihil habet, ut si per er-
rorem

88 T. H. Rerum Quotidianarum
rorem traditio ei facta fuisset, re-
stituere cogeretur. *d. l. 7. C. de cond.
indeb. & d. l. 2. ff. de cond. ind.* Nec
item huc facit rescriptum Antoni-
ni. *l. 2. C. de fideicom.* agnoverat e-
nim heres non solennem volunta-
tem defuncti, & sciens solverat,
ac (uti ait Imp.) non ex solâ scri-
pturâ; sed ex conscientiâ relictî fi-
deicommissi voluntati defuncti sa-
tisfactum videbatur. ut mirum non
sit, nullam esse repetitionem ejus
quod consultò datum erat. Unde
alio loco *l. si veritas 23. C. fideicom-
mis.* in hæc verba rescriptum est,
*Si veritas vel solennitas juris deest:
nec amplexus parentis voluntatem re-
licta dedisti; &c. ad solutionem ur-
geri non potes.* uti & pluribus alijs
locis *l. regula 9. §. si quis 9. ff. de ju-
ris & fact. ign. l. non dubium. 16. §.
1. C. de testam.* traditur, eum qui
non solennem voluntatem agno-
vit,

vit, non tantum non repetere
quod dedit; sed & si quid reliqu-
um est cogi adimplere. Eadem ra-
tio est ejus quod scripsit Paulus. *l.*
38. ff. de fideic. liber. quippe cum a-
gnita voluntas defuncti alumnam
liberam reddidisset; & fideicom-
missa praestanda erant; eisdem ta-
bulis ei data. At nos heredem
proponimus rem, quae legata di-
citur, vindicantem à legatario. cui
quod in possessione nihil praesidij
sit, nisi jam nunc ostensum esset;
vel inde quoque constaret, quod
nemo sibi causam possessionis muta-
re possit. l. ad probationem. C. locat.
l. cum nemo C. de adquir. possession.
Proinde si quis rem inutiliter si-
bi legatam quovis modo adeptus
sit; nulla ratio est, ut nunc;
sine facto aliquo heredis; ex causa
legati possideat. Quinimo & quum
utiliter legatum proponitur; here-
di

90 T. H. Rerum Quotidianarum
di datur interdictum quod legatorum; ut quod quis legatorum nomine non ex voluntate heredis occupavit, id restituat heredi. l. 1. ff. quod legatorum. nam quum legatum sit donatio à defuncto facta, ab herede præstanda: æquissimum est, unumquemque non sibi jus dicere; sed ab herede petere. Hanc sententiam & Covarruias ad c. cum eses num. 10. vers. Tertio de test. adferit. Vasquius de succes. creat. lib. 1. §. 1. num. 22. item prolixè conatur ostendere non oriri naturalem obligationem: qui mihi vel ex unico rescripto Dioclet. & Maxim. d. l. 7. C. de condict. indeb. convinci videtur.

Compen-

Compensatio injuriarum an infamiam irroget.

CAP. XII.

ADversus doli exceptionem,
replicationem doli non da-
ri Marcellus & Labeo tra-
diderunt: *l. apud Celsum. 4.*
§. Marcellus 13. ff. dolus malus exe-
rati iniquum fore, si communis
malitia huic magis quàm illi profit.
Semper enim oneratur petitor,
quum utrumque par delictum est.
l. 154. ff. de regul. jur. Unde quasi
pro regulâ traditum, l. ult. §. si &
stipulator. 3. ff. de eo per quem fact.
l. 39. ff. sol. matr. doli compen-
sationem admitti: tum & actionum,
quæ ex delicto oriuntur; quatenus
de jure privatorum agitur. l. si am-
bo 10.

92 T. H. Rerum Quotidianarum
bo 10. §. quoties. ff. de compens. l. cum
mulier. 47. ff. sol. matr. Hinc quum
Judex compensaret injuriarum a-
ctionem: erant qui quæstionis esse
putabant, an non uterque; tam a-
ctor quam reus; infamis esset.
quippe quod injuriarum damnati
viderentur; ac proindè numerandi
inter hos qui notantur. l. 5. C. ex
quib. caus. infam. Quod non omnind
sine ratione esse videbatur. Com-
pensatio enim nihil est aliud, quam
solutio. l. 4. qui pot. in pign. l. 19. ff.
de liber. caus. nulla verò solutio est,
nisi ejus quod debeatur. Proinde
quum Judex injuriarum compen-
sationem admiserit; reipsâ utrum-
que injuriarum damnasse videtur;
licet exactionem sustulerit. quin
imò eo ipso quod pensavit, com-
pertum habuisse videtur Judex,
eos se invicem injuriâ affecisse.
alioquin enim nulla compensatio
est

est ejus, quod non debetur. Ad hæc receptum est, compensatio-
nem (licet ipso jure fieri dicatur)
non aliter admitti, quam si reus e-
m obijciat, *arg. l. 2. ff. de comp. &*
ult. C. eod. tit. eâ verò objectione
vix est, ut non agnoscat reus, te-
neri se injuriarum, ni pensare pos-
sit. CAETERUM est, quod in con-
trariam sententiam nos adducat.
Namq; (quum de infamiâ per sen-
tentiam illatâ quæritur) is denum
infamis est, quem pronunciavit
Judex injuriam tecisse. *d. l. de curio-*
nes C. ex quibus caus. inf. id est, qui
injuriarum est condemnatus. *l. in-*
famem 7. ff. de public. judic Jam verò
quum actiones injuriarum in pen-
sationem admittuntur, adeo neuter
damnatur, ut nec utrique a-
ctio videatur competisse. & hoc
est, quod ait Papinianus, *l. viro*
39. ff. sol. matr. paria delicta mu-
tuâ

tuâ pensatione dissolvi. Si dissolvuntur delicta; non utique ex delicto condemnatos esse dicemus, inter quos pensationi locus fuit. quum eâ reus hoc agat, ut actor exceptione excludatur. Sic, quum mulier alios adhibuerat, qui dotem stipularentur; eaque nullâ dote datâ obierat, marito herede scripto; maritus, si damnosam hereditatem adiit, tenebitur stipulatoribus. *quia* (inquit Africanus *l. quæ dotis 33. ff. sol. matrim.*) *adeundo videtur secum pensasse.* Quippè adeundo hereditatem & debitor factus est. *l. Stichum. 95. §. aditio de Solut. l. debitori. 7. C. de pact. compensasse ergo secum intelligitur.* quod enim ut maritus petere potuerat; id ut heres debebat. nemo autem sibi debet. Est ergo compensare idem, quod petitionem impedire. ubi enim compensationi locus est; & ab

& ab initio
 arg. l. postea
 nec peti po
 est, à quo
 Et si em
 tis compen
 de comp. §.
 iudicique
 compens. re
 locus est
 nec ab
 quantitat
 se videam
 ne usuris,
 am debe
 cum alter
 rentis qu
 præstand
 proposit
 eorum
 tione f

& ab initio non petitum videtur,
arg. l. postea quid 21. ff. de compensat.
nec peti potuisse: uti nec debitor
est, à quo invito exigì non potest.
Et si enim factum rei opponen-
tis compensationem, *d. l. ult. C. de comp. §. in bonæ fidei. Inst. de act. iudicis que admittentis l. 4. C. de compens.* requiratur: tamen ubi ei locus est, aded retròtrahitur; ut nec ab initio ad concurrentem quantitatem quidquam competisse videatur. Unde si alter alteri sine usuris, alter pecuniam usurariam debeat; constituit Severus, *l. cum alter. 11. ff. de compens. concurrentis quantitatis usuras non esse præstandas.* Verius itaque est in proposito, integram esse famam eorum, quorum actiones compensatione sublatae sunt.

De

De jure maritorum; ad lib.

I. Statutorum Fris. tit. 2.

CAPUT XIII.

IN ijs quæ diversa Frisiis à Jure Civili (nec multa ea sunt) primum fere locum tenet maritorum jus, quod est in rerum uxoriarum cura & administratione. Variè id apud Romanos se habuit. Legibus XII. Tab. cautum erat, mulieres orbæ innuptæ in fratris agnativæ proximi tutela ut essent. Nuptæ verò (saltem quæ; abolitâ jam confarreatione; per coemptionem uxores fiebant) in manum viri conveniebant; adeoque transibant in familiam. quâ de causâ conventio in manum inter minimas capitis diminutiones ab Ulpia-

Ulpiano enumeratur. *fragment. tit. 11. §. 12.* fiebat enim mulier marito sui heredis loco : ut quidem ; quasi adgnascendo ; etiam testamentum ejus rumpebat. *Ulpianus fragm. tit. 22. & 23.* quod & tunc obtinebat , quum annuo usu uxores fiebant & in viri manum conveniebant. *Brisson de rit. nupt. pag. (mibi) 13.* Postea uti ea in defuetudinem abierunt ; ita sub patris , avive paterni potestate mansere nuptæ. *l. 2. §. 1. l. 22. pen. l. 29. ff. Sol. matr. § fin. Inst. de patr. pot.* Ad curam quoque rerum uxoris quod attinet ; adeo abitum a prisco jure , ut vir uxori curator datus non tam excusari , quam ne volens quidem admitti posset. *l. 14. ff. de curat. furios.* quâ tamen in re in diversa itum ab *Hottomanno , ad §. 19. Inst. de excusat. & Donello. lib. 3. Comment. cap. 20.* Et constitit mutationi isti apud
F Roma-

98 T. H. *Rerum Quotidianarum*
Romanos sua ratio. In familiam
quum transfiret mulier, bonorum
non tam cura; quam potestatis ju-
re; dominium apud maritum erat.
Ubi ea potestas desit, & spes suc-
cessionis; parùm tutum visum est,
uxori virum curatorem dari. ne sci-
licet, nimia circà maritum, ratio-
tiones reddituro plus indulgeret,
quàm è re suâ foret. Ea ratio est,
cur tutoris curatorisve cum adultâ
interdictæ nuptiæ. *l. tutor. 36. ff. de*
rit. nupt. l. 4. C. de excus. curat. nec
eorum tantùm; sed & filij nepotis-
que. l. Senatuscon. 59 ff. de rit. nupt.
quin nurui curator datus, si non ex-
cusatione utitur, infamiam incur-
rit. l. licet 17. C. de excus. tut. In his
itâ à Romanis variatum.

§. I.

Ius Frisiorum hac in re: & quate-
nus à Romano distet.

Nostris

Nostris moribus maritus; ut
curator; quidquid conjugis est ad-
ministrat. & eatenus quidem, ut
mulier eo non consentiente con-
trahere nequeat; nec in iudicio
quoque de jure suo experiri. Ea
consuetudo uti ab utroque jure;
quod Romanis hac in re fuisse dixi-
mus; recedit aliquo modo: ita &
ex parte cum ijs convenit. Quod
es uxoris curet vir, cum priscâ
Romanorum lege nobis commu-
ne; diversum ab eâ, quæ subse-
quuta est: in manu verò & familiâ
mariti quòd non sit mulier; nec
heredis loco habeatur; congruit
cum moribus nostris jus posterius;
discrepat vetus. Et planè in eo (ad
curam bonorum quod attinet) vel
maximè à posteriori lege Romanâ
necessimus, quòd ipso jure cura pe-
tes maritum sit. Alioqui enim &
cævola speciem refert, in quâ

100 T. H. Rerum Quotidianarum
maritus res non dotales admini-
strasse proponebatur. *l. maritus 95.*
ff. ad leg. falcid. & sunt qui para-
phernorum curam jure Civili quo-
que ad maritum pertinere existi-
mant: rati id ab Imp. Justiniano
constitutum esse. *l. ult. C. de pact.*
conv. tam. sup. dot. sed id mihi pro-
bari non potest. Jam ante, Con-
stantinus rescripserat, maritum; si
satisfidaret; sine mandato uxoris no-
mine & edere & accipere judicium
posse. *l. 21. C. de Procur.* Et consti-
tutioni Imp. Justinianus specialem
casum adiecit; *d. l. ult. C. de pact.*
conv. quo marito sine cautione licet
actiones movere eorum nominum,
quæ extra dotem sunt. quod ita de-
mum vult obtinere, si tabulis do-
talibus adscriptum sit, ea nomina
data esse ut paraphernorum loco
apud maritum sint. Unde non u-
trique efficias, omnium quæ præter
dotem

dotem sunt, administrationem marito concessam esse. quod enim dotali instrumento adijcitur, marito nomina tradita esse; quasi pro mandato est. nam cui bono apud eum sint; nisi ut aut exigat foenus aut repetat sortem? Igitur ex constitutione Justiniani id tantum relinquitur, mandatam actionem videri, quum marito nominum tabulae traditae sunt. quod & alijs visum; qui inde arguunt, ei agendi jus factam esse, cui instrumentum traditum est. *Alciat. praes. 1. 33.* Quinimò Imper. Theodos. & Valent. decrevere, prohibente uxore virum se paraphernis immiscere non posse. *l. hac leg. 8. C. de pact. con. tam. sup. dot.* At ut ea sint; moribus apud Frisios invaluit, ut maritus bona quaecunque uxoris administret. Maritum eum accipimus, qui justas

F 3 nupti-

102 T. H. Rerum Quotidianarum
nuptias nostris legibus contraxerit
& perfecerit.

§. 2.

An etiam Sponsus administret.

An ergo in sponso aliud? In multis sanè sponso pro marito habetur. generi appellatione venit in multis. l. 6. ff. de grad. & affin. l. 5. ff. de testib. & si sponsa stuprata sit; jure mariti accusat. l. 7. C. ad Leg. Jul. de adulter. Contrà, est ubi non eodem jure utitur sponso, quo maritus. quod possidet sponso, ante nuptias pro suo; dein pro dote usucapit. l. 1. §. 2. ff. pro suo. sic &, fundo ante nuptias tradito, fructus interim percepti dotis sunt; nec sequitis nuptiis mariti fiunt. l. 6. ff. Sol. matri. Plura hac in re in utramque partem adduci possunt: sed id jam ante factum ab aliis. Tiraquell. ad ll. Connub. gloss. 2. verb. en pouvoir de son mari. n. 48. & seq. Chassan. ad

Con-

Consuet. Burgund. de jurib. conjugat.
Ec. rub. 4. §. 2. verb. femme. n. 17.

Ego quod in marito obtinet, spon-
so non puto tribuendum. Ut invi-
tus testimonium non dicat in spon-
sam; ut adulterum accuset, & in-
juriam sponsæ vindicet; utpote ad
se quoque pertinentem; nihil mi-
rum est, mariti jure eum censerī.
Cætera verò quod attinet; in qui-
bus cohabitationem, & actum ali-
quem matrimonij spectamus; ra-
tio facit, maritorum jus sponso ut
ne detur. vix enim est, ut res ejus
commodè satis curet, quæ etiam-
num in domo alienâ est. Ad hæc
more apud Frisios, & (si quibus-
dam Interpretibus credimus *Ioann.*
Fabr. ad §. 1. Inst. ad. SC. Tertyll.
Vult. ad §. 2. Inst. de patr. pot.) ple-
rasq; nationes ita comparatum est,
ut per justas nuptias liberi è manu
patris exeant, quod tunc fit, quum

accessere ea, quæ matrimonium nostro more, & legibus perficiunt. in iis autem præcipuum est, quod testationibus publicè habitis, in Ecclesiâ demum, aut coram Magistratu, & actis; si obstaculi nihil sit; omnia rata, firmæ fiant. Quando itaq; iis nondum peractis in pendentis est matrimonium; absens sit, si eam, quæ nondum è patris abiit manu, sub curâ sponsi esse censeamus. In potestate enim constituti nec tutorem, qui capiti libero tantùm datur; *l. i. de Tutel.* nec curatorem habere possunt. etsi enim curator bonis præcipuè datur; tamen fieri non potest, quin bona, ut sequela personæ, in eadem potestate sint. *vid. Ant. Fab. de err. Pragm. decad. 6. error. 7. & 8.* Sed tamen non solus respectus patriæ potestatis facit, ut sponsum hic pro marito non habe-

bea-

beamus. alioqui enim aliter dicendum videretur, si sponsa sui juris esset: quod utique non admittimus. quum administrandi jus matrimonij accessio tantum, & effectus sit; qui causam præcedere nequit.

§. 3.

Si furere cæperit maritus; aut prodigus sit.

Maritum porro an non illum accipimus, qui ipse suis rebus præsit? Si furere cæperit, si ut prodigo bonis ei interdictum sit, non dubium est, quin alienis præfici non debeat qui sua curare non potest.

§. minor. 13. *Inst. de excus.* In mente capto (licet à furioso is distet) utique idem obtinet. quæ enim cura ab eo, qui mente caret? Stupidior verò si paulò sit, aut insulsior, videndum an idem dici possit. Testa-

F § menti

206 T. H. *Reverum Quotidianarum*
menti quidem factionem habere,
quid ita effecti sunt, censuit *Vigli-*
us Zuichemus, æternum *Frisiæ* no-
stræ decus. ad §. *item furiosi Institut.*
Quib. non est perm. fac. test. eo argu-
mento, quod & foeminae, quæ
post duodecimum annum testari
possunt, plenum tamen anni ro-
bur non habeant. Cæterum in pro-
posito vix est ut à testamenti fa-
ctione nobis tutum sit argumen-
tari. nam minores testantur qui-
dem, rebus tamen suis plenè non
præsunt. & testamenti factio cer-
tam tantum voluntatem, bonorum
cura & administratio etiam pru-
dentiam aliquam requirit. Quid
ergo? Mihi iudicis arbitrio relin-
quendum videtur, ut is æstimet,
sitne ea stupiditas & hebetudo
quæ etiam mediocrem rerum cu-
ram non admittat.

De

*De minore; & si veniam ætatis hic
impetraverit.*

De minore quoque videndum, an rebus uxorijs præfici debeat. Et puto non debere. Adeo enim matrimonium majorem non facit, ut nec jus, nec numerus liberorum id præstent. *l. 2. ff. de minorib.* Quâ in parte non recessisse nos à jure Civili, pro evidenti argumento est, quod quàm frequentissimè mariti minores ab Amplissimo nostro Senatu petunt ætatis veniam, & impetrant subindè. Tum absolum sit, eum, cui sua curandi nulla facultas, aut curanti, & læso restitutio datur, ad aliena accedere. quin ne pro idoneo quidem fidejussore habetur minor, quia restitui potest. *l. minor 51. ff. de procurat.* Sed quid si veniam ætatis impetraverit maritus? Constat certè
F 6 eum,

eum, cui ætatis venia facta est, in alienatione rei immobilis eodem jure censeretur cum minore. *l. 2. & 3. C. de his qui ven. ætat.* jam vero ait Ulpianus, *l. ait prætor. 7. §. 2. ff. de jur. deliberand.* absurdum esse cui alienatio interdicitur, permitti actiones exercere. At ut contra statuamus, facere videtur, quod qui veniam habet ætatis, si læsus sit, non impetret restitutionem *l. 1. C. de his quod ven. æt. uti & sine Curatore in judicio rectè consistit. l. actor 10. C. de Appell.* Quum itaque pro majore habeatur; nihil obesse videtur, quo minus jure maritali utatur in curâ eorum, quæ uxoris sunt. Nec refert, quod ne sua quidem quæ soli sunt, sine decreto possit alienare. quum administratio secum alienationem necessario non trahat. Alioqui nec tutor, nec curator dici possunt

sunt administrare ; utpote quod
 sine iudice nequeunt vendere ea
 quæ non moventur : quod tamen
 falsum est. Et Ulpianus quod ait
d. l. ait prætor. §. i. ff. de jur. delibe-
rand. ne agere quidem posse, cui alie-
randi potestas non sit ; aliò referen-
 dum est. ad hanc speciem puta :
 Si pupilli nomine tempus delibe-
 randi postulatum & concessum
 sit ; prætor edixit, vetiturum se,
 bona interim diminui, nisi ex ju-
 stâ causâ. diminui autem Ulpia-
 nus & tunc censet, quum actio-
 nes hereditariæ exercentur. Et
 merito : ut dum pupilli nomine
 deliberatur, nihil mutetur. quod
 antequam futurum erat, si ut he-
 res is ageret, cui pupillus pos-
 set præferri. An itaque dicimus
 minorem impetratâ veniâ, ut sua ;
 & uxoris administrare pos-
 set ? Planè soient Impp. id ado-
 lescen-

110 T. H. Rerum Quotidianarum
lescentibus *extrâ ordinem concedere*
& (ut Ulpianus testatur *l. 3. ff. de*
minorib.) *perrarò*. quando itaque
quod quodammodo contra jus
commune conceditur, ad ea tan-
tum pertinere debet, quorum in-
tuitu datum est; forsan indultum
Senatus ad curam rerum uxoria-
rum non spectaverit. ac proinde
cautius egerint; si tam uxoris,
quàm suarum rerum administra-
tionem petierint. Tum & is scrup-
ulus videtur subesse; quod cui
prædium suum sine Judicis adsensu
alienare non licet, is uxori (si ma-
jor ea sit) vendenti rem suam im-
mobilem consensum præbere pos-
sit. quod si admittatur; plus habe-
bit juris maritus respectu ejus,
cujus curam gerit, quàm ex suâ
personâ. Sed nec hæc me tenent,
quin eò inclinem; ut cui suorum
bonorum, ei & uxoris, admini-
stra-

stratio concessa fit. quando enim
ejus prudentiæ esse compertus est,
ut (exceptâ immobilium alienatio-
ne) in omnibus pro majore habeatur:
quid obstat quominus in rebus
uxorij id juris habeat, quod cæteri
justæ ætatis. Ipse enim quod res
suas soli alienare nequeat; magna
ratio est. tum quod administrare ei
permissum, non distrahere: tum
verò, quod Princeps, aut Senatus
indulto suo derogatum non velit
orationi Imp. Severi, qui sine
causæ cognitione ejusmodi alienationes
vetuit fieri. *l. i. ff. de reb. eor. qui sub. tut.* Hæc ferè in quæ-
stionem veniunt, quò ad personas
maritorum. Quibus & illud addi
potest, ad Frisios indigenas tantum
jus hoc maritale spectet, an &
ad incolas advenas, quos non ab-
sonè Frisenses vocaveris? Inter
juris Interpetres sanè magna alter-
catio

112 T. H. Rerum Quotidianarum
catio est eâ de re. ad l. cunctos po-
pulos. C. de Sum. Trinit. Nos hoc
jure utimur, ut quod ad hanc
rem attinet; advenæ eodem jure
censeantur cum indigenis. quod
tamen ita puto accipiendum; si
domicilium hic habeant eo ani-
mo, tanquam perpetuò habituri:
tum etiam si eadem cum indige-
nis onera subeant, ut in simili
placuit quibusdam.

§. 5.
*Quæ, & quatenus admini-
stret maritus.*

Nunc videndum in administra-
tione mariti Quæ sint; & Qua-
tenus. Nec dubium est, quin sint
omnia, quorum dominium, aut
jus aliquod habet mulier. Si quid
tamen uxori legatum, donatum
sit eâ lege, ut vir ne administret:
secus dicendum est. æquum enim
est

est observari legem, quam quisque suæ rei dixit. quod aded obtinet, ut & avus & avia nepotibus (quin & mater liberis) ex eo, quod præter trientem legitimum superest, ita legare possint, ut pater nec administret, nec usumfructum habeat. QUATENUS vero & quomodo administret maritus; non una definitio est. Qui anno quadragesimo supra millesimum quingentesimum ad senatum retulere, quænam ex consuetudine apud Frisios obtinerent; ajunt virum, ut curatorem, aut pro curatore administrare. & in Codice legum & Consuetudinum nostrarum exstat titulus de *Curâ maritorum*. Si vir uxoris igitur curator est; nihil restat, quàm ut quæ Jure Civili in curatoribus constituta sunt, ad maritum extendamus: verborum vim

114 T. H. Rerum Quotidianarum
vim sequuti; quæ dubia non sunt
hac in re. Cæterum non expeditum
hoc satis est. Constat moribus in-
ductum esse hoc jus. Eâ de re quod
Jureconsulti, quibus id negotij
datum erat, ad Senatum retulere;
pro testimonio potuit esse; non
pro auctoritate. nam quorsum au-
ctoritas aliqua isti juri, quod (ut
J.C. Pauli. in l. 36. ff. de legibus. ver-
bis utamur) *in tantum probatum est,*
ut non fuerit necessè, scripto id compre-
bendere? Tamen quum Codice ju-
ris Frisici etiam hoc comprehen-
sum sit Anno 1602. pro scripto ju-
re forsan coepit esse. quasi confir-
matio aliqua ab Ordinibus accesserit.
Id enim quum fit, quod con-
suetudo fuit, juri scripto adnume-
ratur. uti quidem sententia est
Zuichemi nostri. ad §. 1. n. 23. Inst.
de pupil. substit. quamvis alia Anto-
ni Fabri. in. *Rational. ad l. 36. ff.*

legib. Se
fecto, &
tur: non
verbis p
Discrim
genera bo
terpreto
tatis in p
hac serie
phema,
Et jure
cura tam
nis quod
que abe
posse. U
jur. do.
Paraph
jure esse
cer mati
actione
mea sic
fet; sin
tionis c

de legib. Sed ut ea sint; usum quum
specto, & quæ quotidie observan-
tur: non possum quin parum hîc
verbis putem inhærendum esse.
Discrimen potius statuerim inter
genera bonorum uxoris. Ea ab In-
terpretibus. *vid. Hottom. tractat. de*
dotib. in princ. Gaill. 2. obs. 82. n. 5.
hæc ferè habentur; dotalia, para-
pherna, & receptitia aut excepta.
Et jure Civili quidem dos non in
curâ tantum mariti; sed & in bo-
nis quodammodo: æstimata uti-
que aded, ut & à marito alienari
possit. *l. plerumque 10. §. si ante ff. de*
jur. dot. l. 9. §. ult. ff. qui pot. in pign.
Parapherna verò etsi à dote diverso
jure essent; ut condicerentur scili-
cet matrimonio soluto; non dotis
actione repeterentur: mariti ta-
men fiebant, quum hoc actum es-
set; sin minus, aded quod proba-
tionis causâ libellus datus esset:
custo-

custodiam solere maritum repro-
mittere tradit Ulpianus. *l. si ego*
§. cæterum 3. ff. de jur. dot. Re-
ceptitia adeo ad maritum non spe-
ctabant, ut is ex iis scœnori sum-
tæ pecuniæ subindè debitor uxo-
ri esset. Sed, quod ad mariti
administrationem nobis hoc dis-
crimine nihil opus. Quum enim
ex consuetudine nostrâ quæstus
dispendiique communio sit inter
conjuges; nostris non tanta cura
constituendæ dotis est: nec usus
quoque, quatenus privilegium
spectamus, ut soluto matrimonio
salva ea sit. si enim res familiaris
conjugum retro abierit & immi-
nuta sit; non dubium, quin pars
damni ad mulierem spectet, sive
dos ab eâ data sit, sive non. Unde
quàm frequentissimè nullâ dotis
mentionem factâ, quidquid uxoris
est viro conceditur. Nonnumquam
quam

quam tamen dos certa datur; à parentibus scilicet, ijsve qui nostro jure parentum loco sunt. cuius quidem aliquem esse usum non diffiteor: nempe ut privilegario suo jure utatur mulier adversus creditores mariti. quâ in parte non puto recessisse nos à jure Civili. Sed constituta sit dos nec ne, in proposito nihil mutat. Ex æquo enim cum dotalibus parapherna curat maritus; fructusque ex ijs percipit: communi tamen bono & commodo. ut non absonum forsan sit, si dicamus, paraphernorum nobis nomen, non singulare jus superesse.

§. 6.

An & res uxoris alienet.

Administrare porro est locare prædia, domos, pecuniam foenodare, aliumve in usum collocare;

118 T. H. *Rerum Quotidianarum*
pensiones, usuras exigere, actiones inferre, suscipere, cæteraque omnia ea, quæ in suis quisque facere. Alienationem excipio, quæ sub administratione non comprehenditur, sed domini est; aut ejus, cui ab ipso, aut à lege vendendi, oppignerandi potestas facta. At an interest, consentiente muliere distrahat, an invitâ? Lege Juliâ, *de fund. dotal.* si repugnet uxor, interdictum viro alienatione fundi dotalis: Constitutione Justiniani, *l. unic. §. Et cum lex Julia. C. de rei uxor. act.* idem cautum, etiam si consentiat. quod obtinebat in fundo non æstimato. nam cujus æstimatio facta erat quum traderetur, rectè alienabatur à marito, *l. 10. §. 4. ff. de jur. dot. l. 9. §. 3. ff. qui pot. in pign.* ut qui verè emerat. Ea Iure Civili sic sunt: nostro paulo aliter se habeant necesse est
Nam

Tam ut Jus Civile in eo sequimur,
quod maritus bona uxoris, quæ-
cumque ea sunt, distrahere non pos-
sit eâ renitente: ita forsân ab eo re-
cedendum nobis, si consenserit
mulier. Id autem in bonis sine do-
ti mentione traditis, item (si dos
constituta est) in paraphernis pla-
num satis est. Licet enim mulier
iâ sine viri consensu non rectè a-
lienet: nihil tamen vetat, quomi-
nis marito vendenti, ideoque ip-
so facto alienationem ratam ha-
benti, consensum suum præbeat.
Nam sive imbecillitas muliebris
iudicij, sive honos & commodum
mariti causam dedit huic consue-
tadini: utrique satisfactum est,
cum vendenti viro uxor consen-
sit. Nec auctor mihi vir hic in rem
suum fieri videtur, sed negotium
potius gerere uxoris. Quæ senten-
tia eo forsân probabilior erit, quod
cum

cum Jure Civili congruat : *vid. Ioann. Fabr. n. 11. ad princip. Institut. quib. alien. lic. Covarr. in c. quamvis p. 2. §. 1. n. 9.* nostris autem legibus de eâ re nihil speciatim constitutum fit. Perpetuum enim & solenne Frisiis, ut jure civili utamur; nisi quâ de re aliter quid cautum, aut usu receptum fit. De dotalium alienatione, an idem dicimus? Constitutio Imp. Justiniani, *d. l. unic. §. & cum lex Julia. C. de rei uxor. act.* prorsus repugnat. ei vero legibus nostris expresse derogatum non est. Tamen quando fortuita, damnum putâ & lucrum, conjugibus nostris communia sunt; solius autem mariti cura & administratio: fere est ut alienatio dotalium in manu ejus sit. Siquid enim conjugibus secus acciderit: ex administratione maxime mariti: ea dotalium contrahitur obligatio:

ligatio ; quam tandem alienatio
necessario sequitur. quamvis non
voluntaria ea futura sit ; sed æris
alieni , quod uxori incumbit , di-
strahendi causâ. Atque hoc est ,
quæ diximus, Frisios in aliquibus à
privilegiario dotium jure recessis-
se ; sed in aliquibus. non enim id
ita acceptum volumus , ac si nun-
quam dotis jus, singulare usum fu-
um habeat ; sed quod non tam fre-
quenter , ut Romanis solet. De hy-
pothecâ porro & obligatione dota-
lium , constituto usufructu , & cæ-
teris , quæ alienationis instar sunt ,
l. ult. C. de reb. alien. non alien. idem
statuendum videtur. Sed in quæ-
stione , quatenus administret mari-
tus , moveri potest , an usque adeò
id obtineat ; ut quod in iis , quæ ad
mulierem pertinent , fecit , scivit ,
mulieri obesse debeat absenti , i-
gnoranti. Demus institutam eam

G esse

esse heredem; si Seio ante kalendas decem dedisset; aut ut daret: maritum autem, quum id sciret, conditionem modumve non implevisse. Quæ sanè de tutorum curatorumque incuriâ statuta sunt non huc pertinent. quando alia maritorum cura est: in quâ (uti nobis quidem videtur) non tam onus est, & periculum, quam commodum & honos. In pro uatoribus quoque quod servamus, non huc trahas. nec enim ex mandato aut præscripto res uxorum tuentur mariti; sed suo jure, quod inductum moribus nostris. An ex eorum ergo ratione & causâ; quatenus per conjecturam potest; quid sumendum? Mihi quidem videtur. Et putem magis esse, ut negligentia mariti mulieri non debeat obesse. Quum enim uxori adempta est, rerum suarum administratio.

Administratio non aliâ de causâ; quam
ut apud maritum, commodi ejus
& honoris gratiâ, ea esset: non
atque in detrimentum mulieris
verti debet quod mariti causâ in-
dultum est. Tum etiam mulieres
non in eâ causâ sunt, ut in iis,
quæ ad eas spectant, scientia &
consensus earum non requirantur.
Et jus administrandi, quod ha-
bent mariti in curâ positum; non
in incuriâ & negligentia.

§. 7.

Inventarium an conficiat.

Cæterum quia dictum est, pro-
curatore administrare maritum;
an & inventarium conficiet? In
tutore & curatore id necessarium.
l. 8. ff. de admin. & peric. tutor. l. fin.
C. Arbitr. tutel. De marito sic vi-
detur; siquidem dos certa est, uti
à parentibus ea plerumque consti-

124 T. H. Rerum Quotidianarum
tuitur; repertorij nullus usus fit.
testibus enim aut instrumentis ea
probari posset. Sin & parapherna
habeat (quorum tamen, si mari-
tum spectes, vix aliquis usus apud
nos) libellum marito subsignan-
dum tradat. ne (ut Ulpianus ait *d.*
l. si ego §. 3 ff. de jur. dot. si quan-
doque separatio fiat, negetur. quin
& paraphernorum traditionem
dotali instrumento adscribi sole-
re Imp. Justinianus indicat. *l. ult.*
C. de pact. convent. tam sup. dot. Ex-
istimem itaque non teneri mari-
tum rerum uxoriarum breviarium
facere. & quantum per ætatem
meminisse possum; ita usu obti-
nuit. Libellos planè aliquandò
utrimque datos esse fat scio: sed
mobiliū, ut supellectilis, & id
genus aliorum, quorum usus in a-
busu est. Quodsi verò dos certa
promissa, datave non est; sed om-
nia

nia marito tradita: non æquum est:
negari uxori catalogum eorum. Id
vero quum non petiit mulier; solu-
to matrimonio probatio difficilior
fit; jus nullâ parte imminutum.
Quod enim inter adultum & cura-
torem obtinet, ad conjuges non
traxeris. quum hos mutuus affectus
arctissima societate jungat: illos
ex lege & solemniter agendum ef-
se publici muneris ratio moneat.

§. 8.

An reddat rationes.

Ex præcedentibus definitionem
habet, an (quod quæri posset) ra-
tiones reddere teneatur maritus.
Curatoris equidem jure cenferi e-
um non debere, ostensum fatis est.
& patet vel ex eo, quod non ad-
ministrat tantum; sed quidquid
in fructu est, aut acquisitis suum
faciat. ut tamen & familiam ex-

G 3 hibe-

126 T. H. Rerum Quotidianarum
hibeat ; & soluto matrimonio uxor
ejusve heres , partem ferat com-
pendij accessionisque quæ sit.

§. 9.

Non cavet ratum haberi , quum uxori nomine agit.

In superioribus verò uti à curatore differt maritus ; ita in hoc cum eo convenit , quod pro uxore rectè agat , sine cautione ratum haberi : utpote qui tanquam curator administrat. tutor autem & curator cavere non tenetur. *l. vulgo 23. ff. de administ. & peric. tut. l. tutores 13. C. eod.* Supervacuum itaque est , quòd hodieque quidam ex pragmaticis cautionem offerunt , marito uxoris nomine agente. Jure Civili quoque aliquandò non cavere maritum supra indicavimus : *d. l. fin. Cod. de pact. convent. sup. dot.* sed quando ex aliâ causâ id est ; ex
præ-

præsumto scilicet mandato; non huc pertinet; ut diversum a jure nostro consuetudinario.

§. 10.

Possitne convenire, ut uxor administraret: & quid si maritus ad inopiam vergat.

Hæc verò omnia, quæ de mariti administratione retulimus, an non cessant, si convenerit ut uxoris bona non curet; sed ei res suas credat? Responsum ex eo pendet, privatam an publicam utilitatem jus hoc spectet. Publicè quidem Romanis interesse visum est, dotatas esse mulieres: quo facilius scilicet virum inveniant. *l. 2. ff. de jur. dot.* In proposito verò nihil est, quod moveat, ut conventionem istam jus publicum lædi existimemus, tantum enim de jure suo maritus quid remittit, nec deterioris con-

G 4

ditio-

ditionis dos fieri videtur, quæ ipsi dominæ quodammodo redditur. nisi ea iis moribus forsitan sit, aut mente, ut rebus suis præesse nequeat. quod quum est; aliâ ratione occurri potest malæ administrationi. Videamus porro; si ad inopiam vergat maritus; si manifeste dissipet; si sine justa petitio mulieris ut ei administratio adimatur. Si ad inopiam vergat, quâcumque etiam ex causâ; Jus Civile certum est. est enim repetitio dotis. *l. si constante ff. Solut. matrim. l. ubi adhuc C. de jur. dot.* verum communio, quæ inter conjuges est, nostro usu; facit, ut non tam terminatum id nobis sit. Si quid enim secus evenit; non solum viri detrimentum est. Proinde societatis ratio postulat, ut fortuitorum eventus utrumque conjugem æquo onere premat. quod & quadam-
tenus

tenus Jure Civili receptum, l. si
cum dotem 22. § sin. autem. 8. ff. Solut.
matrim. quoad incommoda, quæ
personis accidunt; non quoad pa-
trimonia. Jam si ex æquo dispen-
dij partes faciunt & ferunt; patet,
quæ de dote constituta sunt, non
huc facere. quum Jure Civili id
actum sit, uti ea salva esset; lu-
cri, damnique expers. Quod si
vero manifestè prodigat maritus;
Amplissimus Senatus, eâ de re a-
ditus, causâ cognitâ solet statue-
re: nec (si ita res comperta est)
uxoris tantùm; sed & suis ei bo-
nis interdicere. Sin vero prodi-
galitas mariti non tam eviden-
ti est; ut à rerum suarum curâ
arcendus sit: audienda tamen ux-
or; ut re cognitâ scilicet arbi-
tretur Judex.

G 5

§. II.

§. II.

*Sintne nostris moribus licitæ nuptiæ
curatoris cum adultâ.*

Est porro, de quo in utramque partem dicere aliquid magis in promptu sit, quàm alterutram eligere. Id autem est, an non consuetudo hæc nostra facere videatur, ut licitæ inter curatorem, ejusve filium & adultam habeantur nuptiæ. Quod enim Jure Civili eæ interdictæ, sola causa fuit; ne rationes reddenti plus nimio indulgeret; *l. 64. §. I. ff. de rit. nupt. maritalibus blanditiis adducta, aut minis. eo magis, quod verisimile videatur, metu ferè agi ab uxore in iis quæ ad maritum pertinent. Dd. ad l. I. §. quæ onerandæ ff. quar. rer. act. non det.* Contrà urget, quod omnis ea causa prohibitionis nostris moribus sublata videatur.

A Majo-

A Majoribus enim nostris ea fiducia habita est amoris fideique maritalis, ut eum bonis uxoris præfererint: rati scilicet (quod & Impp. Theodos. & Valent. *l. hac lege 8. C. de pact. convent. tam. sup. dot.* honestum bonumque visum est) mulierem non gravatim bona sua arbitrari ejus submittere debere cui se ipsam quasi mancipavit. Quando igitur suspicio fraudis & circumventionis cessat; an non permisæ nuptiæ, de quibus agimus? quid enim angimur, & suspectam habemus redditionem eorum, quæ jam acta sunt? quum simulatque in matrimonium convenerint, nova inchoetur cura & administratio. ab eâ verò si nihil metuimus, cur magis ab examine ejus quod præterijt? Et tamen nostris constitutionibus hac in re Juri Civili expresse derogatum non est. & ubi

G 6

ratio

132 T. II. Rerum Quotidianarum
ratio cessare videtur, non statim
dicas, legem quoque sublatam es-
se. ad hæc erit forsitan qui dicat,
jus maritorum de quo agimus, ut
ab usu est, ita & in extensione &
interpretatione ejusdem spectan-
dum esse, quid fieri soleat. puta
an tacito populi consensu ejusmo-
di nuptiæ pro justis habitæ sint.
Quid ergo? Ego subsisto: & ex-
specto, quid Amplissimus Sena-
tus, si quando id in cognitionem
venerit, statuturus sit.

§. 12.

*Mariti gratiâ, an uxoris jus
hoc inductum sit.*

Juris consuetudinarij, de quo
hactenus egimus, pars hæc est: al-
tera vero, an prima, non nihil for-
sitan addubites. Si enim ipso jure
curatio rerum uxoriarum apud ma-
ritum est, idque emolumentum aut
honoris

honoris ejus gratiâ : jus mariti pri-
mum est, facitque mulieri ut ad-
ministracione & contractibus in-
terdictum sit. Sin vero eam fragi-
litas sexus à rerum suarum cura
excludit : quasi sequela quædam
est opera mariti. Sed utrum pri-
us sit, non valdè attinet inquire-
re : quando nihil vetat, simul cœ-
pisse. Magis ad rem spectet, si
videamus, infirmitati judicij mu-
liebris succursum sit ; an commo-
dis maritorum consultum, cujus
indagationis quis usus esse possit ;
apparuit jam in iis, quæ tracta-
vimus ; & in sequentibus patebit
non semel. Utraque sanè senten-
tia auctores suos habet & adser-
tores : quos enumerat Tiraquel-
lus. *ad leg. connubial. gloss. 6. & 8.*
qui tamen ipse in tam ancipiti tru-
tinâ est, ut vix discernas quò pro-
pendeat : nisi quod tandem incli-
net

134 T. H. Rerum Quotidianarum
net in commodum maritorum. Et
veniam sanè meretur hæc hæsitatio.
Ex usu enim totum hoc nostrum
jus est: cujus quæ rationes & causæ
esse possint; conijcere facilius sit,
quàm præcisè unam aliquam statuere.
Potuit Majores nostros movere sexus
imbecillitas: uti Romanos olim, qui
legibus Oppiis non publicarum tantum,
sed & privatarum rerum administratione
mulieribus interdixerant. Quam
sententiam hoc firmat forsitan, quòd
contractum mulieris, consensus demum
mariti, quodammodò ratum faciat. Quasi
per se non satis videat mulier, quid
è re sua sit. quæ quoque ratio facit,
ut nec minores obligentur. quum
scilicet (quæ recepta magis sententia
est *Dd. ad l. puberes 101. ff. de verb. obligat. & ad l. 3. C. de in
integr. rest.*) alium rebus suis præ-

positum

positum habent. Contrà, est ex quo urgeas, marito potius prospectum videri. Ad mulieres enim in nuptas quod attinet; non recessimus à Jure Civili: sed; nisi ætas obstet; administrant, obligantur, adquirunt, alienant. Unde (quod jam à Tiraquello pro argumento sumtum) efficitur, nuptis administrationem non ademtam, quasi judicio minus valeant; sed ex aliâ causâ. quid enim obsit quò minus rebus gerendis idoneæ sint, quæ in matrimonium convenêre? Proinde dicendum videtur, ideo nuptis administrationem ablatam esse, seu denegatam potius, quia maritis concessa est. Eadem ratio est, quum de obligatione minorum quærimus. qui enim curatorem non habent, obligantur; ut tamen si læsi sint, restitui possint: quibus curator est, in iis nulla obligatio.

136 T. II. Rerum Quotidianarum
ligatio. non quòd minor eorum
prudentia, quàm quibus curator
nullus est: sed quòd habeant,
cui administratio est decreta. cu-
jus rei is effectus est; ut cura-
tori datum, minori ademtum cen-
seatur. Et si enim curator præ-
cipuè rebus detur: *l. 8. C. de nupt.*
ex consequenti tamen & ad illum
spectat, ut consilium, consensum-
que præbeat. nec æquum foret,
minori permitti eam administra-
tionem, cujus periculum ad cura-
torem pertinet. *l. Sancimus C. de*
admin. tutor. Ad hæc moribus Fri-
siorum inter conjuges quæstus di-
spendique communio est: ut ta-
men in adquisitis; quæ è quæstu &
fructibus sunt; privilegij quid
& sui juris habeat maritus. Pro-
indè quum interfit illius, ne uxor
parum prudenter forsan aut ma-
lè administret rem familiarem,
in

in eo sumus, ut marito potius consuetudine nostrâ prospectum esse dicamus. Et a plerisque sanè, quasi pro regulâ traditum; ubi ex administratione commodi quid spectare potest ad maritum, consensum ejus non tam pro solennitate esse; quam pro cautione, ne quid ei præjudicij fiat. Cui sententiæ firmandæ fecerit & hoc, quòd crebro usu receptum videatur, mulierem, consentiente marito, etiam res suas soli rectè alienare: & vice versâ, si vir quidpiam ex bonis uxoris vendat, consensum ejus sufficere. In minoribus verò, quorum lubricæ ætati lex succursum vult; aliter obtinet. ut vel inde constet; mariti consensum requiri, ne quâ in parte jus ejus lædatur; non quasi rebus suis præesse nequeat mulier. Quid ergo statuendum? Utrimq; rationes sunt; & (si quid hoc quoque

que ad rem facit) auctores adser-
toresque magni nominis. Nostrum
jus consuetudinarium si spectemus;
quæque ex eo consequi necesse est:
putem magis esse, ut viri causâ
Majores nostri nuptæ mulieri vo-
luerint interdictum esse admini-
stratione. Ut ita sentiam; nec in
causâ esse putem infirmitatem ju-
dicij muliebris; facit Nova Con-
stitutio, quæ ad hanc rem superio-
ribus annis promulgata. *anno 1602*
tit. 2. lib. 1. C. Iur. Frisic. §. 2. E:
Constitutione à generali illâ inter-
dictione duæ species exemptæ sunt
una; si cum marito mercaturam
exerceat; quasi speciatim in so-
cietatem ejus rei agendæ ab eo ad-
missa: altera; ut obligetur mu-
lier quatenus familiæ exhibendæ
impendit. Si enim sexus obsta-
ret; neuter eorum casuum excep-
tus esset. Tamen quum quæritur

uxori

uxori secum contrahenti an ritè
 consensum præbeat maritus ; &
 in cæteris id genus , quorum defi-
 nitio ex hoc tractatu pendet : non
 præcisè id eo argumento putem
 dijudicandum ; sed Judici potius
 causâ cognitâ æstimandum. Sed
 ei rei alius & suus locus destina-
 tus est. nunc ad cætera ; In qui-
 bus de duobus agendum. Primo,
 si contraxerit mulier : deinde si
 in iudicio fuerit.

§. 13.

*Mulieres nostræ nuptæ non contrahunt
 viris non adsistentibus.*

Igitur (quod cum Jure Civili
 pugnat *l. velles 6. C. de revocand. do-
 nat.*) nuptis mulieribus nostris a-
 demta administratio rerum sua-
 rum ; nisi consenserint mariti. Non
 emere ergo, vendere, locare, con-
 ducere,

140 T. H. Rerum Quotidianarum
ducere, permutare, nec quidquam
eorum ijs permissum facere, ex
quibus per conventionem obliga-
mur. Donatio verò, pollicitatio
& liberatio (etsi in scholis discep-
tetur, vid. Gædd. comment. de con-
trah. & committ. Stipul. c. 1. num. 37.
& seqq. & c. 3. num. 80. an contra-
ctuum nomine veniant; eo quod
synallagma non habent) nuptis no-
stris itidem permissæ non sunt.
quando ijs modis quasi per com-
pendium patrimonia minuuntur.
ea vero (ut ante diximus) maxima
caussa est, cur, marito inscio aut
nolente, mulier contrahere, pi-
gnori dare, alienare & ejusmodi
alia agere non possit.

§. 14.

An ex quasi contractibus teneantur.

Cæterum licet ex contractu non
obligentur mulieres nostræ: secus
tamen

amen dicendum quoad ea, quæ
quasi ex contractu oriuntur. Si e-
nim in rem; quæ cum muliere nup-
tialia communis mihi erat, sine so-
cietate; impensas fecerim: nihil
obstat, quin iudicio communi di-
videndo mihi teneatur. Idem in
familia erciscundæ obtinebit. Sed
in & in negotiorum gestorum a-
ctione? ut ea competat, utiliter
gestum esse debet negotium absen-
tis: mariti utique cuius est res ux-
oris curare. Atq; hoc satis procedit,
si mulier quoque non adsit: eâ præ-
sente non item forsan. Furiosus qui-
dem, & pupillus sine tutore, *l. 10.*
ff. ex quib. causis. in possess. eat. etiam
præsentes absunt. quia nec volunt,
nec intelligunt quæ aguntur. pro-
digus quoque pro absente est. sed
pupillus quidem & prodigus, qua-
tenus deteriore, non quatenus
meliorem conditionem suam fa-
ciunt:

ciunt: furiosus semper. In muliere vero nuptâ utique aliud obtinet. quando & velle, & intelligere & consentire potest. Nam quod non contrahit, ideo est, quia marito competit administratio. Si absit igitur maritus; mulier præfens sit: an negotiorum gestorum non dabitur? Putem nihilominus dandam esse: nec referre, ex quâ causa mulier res suas agere nequeat. pro absente enim merito eam habemus, quæ negotij nihil explicare potest. Quam sententiam magis favorabilem facit utilitas eorum, cum quibus negotia absentis mariti geruntur. Cæterum cautio est ea in re, ne non detur actio; etiamsi gestionis utilitas in evidenti sit. Ponamus, absente marito mulierem ipsam offerre sese, & velle expedire ea quæ agenda sunt: erit utique suspensum jus ejus, qui
remo-

emota muliere ea confecit. quip-
e fieri potest, uxoris factum vir-
t ratum habeat. Quod quum fit;
equè valet quod actum est, ac si
maritus ei rei præfuisse, quia enim
ro solennitate non est consensus
mariti; etiam ex post facto ratum
um posse habere constat. *vidend.*
beck. ad C. Ratihabitionem 10. num.
6. de reg. jur. in 6. Videamus por-
o, mulier an inscio aut nolente
marito hereditatem delatam adire
possit; aut repudiare. Puto neu-
rum posse. Non adire; quia he-
reditas & si solvendo non sit, nos
obligat æri alieno, quod in ea est.
more 8. ff. de acquirend. vel omitt.
hered. non repudiare; ne, si opu-
lenta ea fortè sit, in manu sua mu-
lier habeat, marito commodum
intervertere, quod ex fructu &
administratione habiturus erat.
Nisi tamen, quoad repudiationem,
in

144 T. H. Rerum Quotidianarum
in eo hæreamus, quod qui hereditatem adire non vult, non censeatur quidquam de patrimonio suo imminuere. *l. si sponsus 5. §. si maritus ff. de donat. int. vir. & uxor.* sicut & qui acquirere recusat, nihil alienat in fraudem creditorum suorum. *l. 134. ff. de reg. jur.* & inde est, quod qui id egit ne acquireret, non videatur dolo desinere possidere. *l. nemo 68. ff. Pro Socio.* quia (ut Ulpianus ait) *ille & sibi insidiatus est.* Tamen nuptas nostras insciis aut invitis maritis censuerim non rectè repudiare. Ratio est quod non libera eis rerum suarum administratio: ad quam quoque pertinet, velle aut nolle acquirere. Quod vero Ulpianus aliquo tradidère, pro alienatione aut imminutione non habendum, quum quis occasione acquirendi non utitur, ad eos pertinet utique qui pro
fu

fuo arbitrio res suas curabant. Legata quoque & fideicommissa, itemque donationes mortis causâ, an non rectè admittunt & accipiunt nuptæ nostræ? In mero quidem lucro ea sunt, nec gestionis quidpiam habet ea res, ex quâ quid ad maritum spectet incommodi. Cæterum quum onera quædam & conditiones sæpe adiiciantur, quæ ex re aut dignitate mariti non sint: fortassis & hîc mariti consensum requisierim; vel honoris ejus causâ.

§. 15.

An item ex delictis.

Ex delictis autem, & quæ eorum instar sunt, quin obligentur nuptæ nostræ, puto, non dubitamus. Licet enim ijs modis minuatür patrimonium; quod aliqui non nisi auctore marito fieri potest:

H utili-

utilitas tamen publica, quæ exemplum postulat, facit, ut maritalis commodi nulla ratio habeatur. uti & naturalis æquitas urget, ut quod damni singulis datum est, sarcia-
tur. Et hæc eò magis, quòd ex de-
lictis & minores teneantur; quibus
propter ætatis lubricum, non alie-
ni commodi causâ alienatio inter-
dicta est. Atque hæc plana quidem
sunt. Illud sistat forsan; quid di-
cendum sit, quum incuriâ, aliâve
de causâ in poenam incidit nupta,
quæ non tam personam, quàm bo-
na spectet. puta, si non vindicanti
mortem defuncti, ut indignæ he-
reditas auferatur ex S C. Silaniano.
Nam an non maritus jure petet, ut
sibi denuò liceat reos accusare?
quippè quod quæsita jam sit here-
ditas. Et puto ex facto id pendere.
Quandò enim (ut suprâ diximus)
mulier hereditatem, nisi volente
marito

marito adire nequit : si adeunti
consenserit , nec quam potuit , ne-
cem ultus est ; utique fisco vendi-
cabitur hereditas. si nescierit ; æ-
quum est , non nocere ei factum
uxoris.

§. 16.

Testantur invitis , insciis maritis.

In contractibus & delictis hæc
sic obtinent. In testamentis & co-
dicillis una definitio est. Testan-
tur siquidem nuptæ nostræ , & co-
dicillos faciunt ; maritis insciis, in-
vitis. Tantùm enim interdictum
eis contrahere , gerere : quæ ver-
ba ad jus testandi non pertinent.
l. 20. ff. de verb. sign. Et subest ra-
tio. quum enim nupta testatur, vo-
luntatis ejus effectus in id tempus
confertur , ac tum demum statum
& exitum sumit , quum matrimo-
nium esse desinet. Id verò ubi eve-
nit ; sublatum est jus mariti : cujus

H 2

pro-

148 T. H. Rerum Quotidianarum
proindè nihil interest, quid bonis
uxoriis fiat. Apud Burgundos, a-
liosque nonnullos Galliaë populos
aliter obtinet. *vid. Tiraq. ad ll. con-
nub. gl. 5. n. 93. & seqq. Chassan. ad
consuet. Burg. tit. de jurib. conjug
rubr. 4. 1. verb. N' aussi par testament
Molin. Chopin. aliosq. quippe quod
eorum legibus nuptæ in virorum
potestate sunt. Quamquam & illi
(si jus quod habent, æquiparamus
patriaë potestati Civium Romano-
rum) à Jure Communi eâ in par-
te recesserunt, quod consentien-
te marito mulier ritè testetur.
quum tamen eâ in re patris consen-
sus nihil proficiat. *l. 3. ff. de testa-
ment. l. 25. §. 1. ff. de donat. caus.
mort.* Sed de eo illi viderint.*

§. 17.

§. 17.

An & mortis causâ donent.

Nos hoc agamus; an nuptis nostris mortis causâ donare liceat. Magna sanè altercatio est, quum mortis causâ donatur, ad contractus, an ad ultimas voluntates referendum sit. Cui finiendæ, quæ in utramque partem argumenta sunt; & enumerare longum; & diiudicare velle ejus excessus sit, quem instituti nostri ratio non patitur. Omissis igitur, quæ in thesi eâ de re in disputationem venire solent; videamus quid probabile magis sit secundum jus Frisicum. Id forsân sic tentandum. Est, quum quod in donationem venit, præsentarium est, ac traditur. quod an ab ipso donatore fieri debeat; uti plerisque visum; *Modestin. Pist. part. 2. quæst. 52. an verò &*

150 T. H. Rerum Quotidianarum
per alios possit: uti aliis placuit,
Hottomann. 8. obs. 18. non nostræ
nunc est disputationis. Rursus est,
quum præsentī, & quasi (nudo sal-
tem aliquo adsensu) pacifcenti do-
natio fit. quam donandi formam
valere ferè receptum, *vid. Vigl. ad*
§. I. n. 10. & II. Inst. quibus non est
perm. fac. testam. etiam sine tradi-
tione: uti ab Imp. Justiniano *in l.*
si quis argentum. 35. §. sed. quidem
C. de donat. constitutum esse cen-
sent. Itaque hoc discrimine forsan
utemur: ut intersit, tradatur res
confestim; an verò nunc dicta do-
natio à morte demum donatoris
traditionem effectura sit. Scilicet
illo casu non valebit donatio; ut-
potè quæ alienatione (licet ea à
muliere revocari possit) marito no-
citura sit; vel usu saltem istius
temporis, quod res apud donatari-
um maneat. Isto verò casu; quum
differ-

differtur traditio ; rata erit donatio. puta ut, quo ad pactum aut ad sensum, valere quidem incipiat ; sed, constante matrimonio, quasi differatur : exitum tamen aliquando habitura. quæ sententia fortean non admodum absurda sit. Ex simili ferè ei rei argumentum aliquod ; in speciem saltem. Si legatum sit sub conditione, quæ adita hereditate non existere potuit ; aliquando tamen possit ; I C. ait in l. *intercidit. 59. §. 1. ff. de condit. & demonstrat. interim tantum exstingui legatum ?* Idem in posteriori hac specie videtur ; in quâ voluntate donantis initium quidem capit donatio : sed cujus effectum ; quasi conditio quædam, suspendat & remoretur jus mariti.

§. 18.

Si accedat consensus; & quando adhibendus sit.

Quæ hæcenus tractavimus; maiori ex parte sunt de interdictione contrahendi & administrandi. Sequitur ut inquiremus, quando rectè contrahunt nuptæ nostræ. Et indubitatum est, posse eas contrahere, gerere, administrare, si accesserit consensus mariti. Idem erit, si ratum habeat. Utrumque autem fieri etiam poterit, per epistolam; per nuntium; per procuratorem. nec enim ex legis actionibus ea sunt; ut præsentiam utriusque desiderent. Cæterùm an dicimus consensum præstari per procuratorem, cui speciatim id negotij datum est; an verò & eum, cui omnium cura commissa? Putem non referre; ac satis esse, si de con-

consensu aut ratihabitione mariti
constet. Quum enim maritus tan-
tum adsentiri debeat, ne quid ei
damni sit invito aut ignoranti; nihil
vetat, quin sub generali procura-
tione etiam hoc compræhendatur.
De consensu autem mariti quod di-
ctum est, non tantum de speciali
ad singulos actus intelligendum;
sed & si in universum uxori pote-
statem rerum suarum fecerit; a-
deoque quasi juri suo renuntiaverit,
quo ad administrationem.

§. 19.

*Si maritus minor, prodigus sit, in
furorem incidat.*

Sed quid si maritus minor, pro-
digusve sit; aut in furorem inci-
dat? Minori, furioso, prodigo,
superius negavimus competere
curam rerum uxoriarum. unde

H 5

COR-

consequens est, de consensu eorum nihil nos sollicitos esse debere. In furioso id extra controversiam positum est. In prodigo forsitan referrem suam adsentiendo meliorem fecerit, nec ne. Sed incertum id est & lubricum nimis, in singulis negotiis æstimare, bene an secus consenserit. Et minorem quod attinget, puto idem dicendum esse. non enim alienare, nec jus suum remittere ei licet. *l. si ad resolvendam 7. C. de præd. & al. reb. min.* id autem in facili fit subindè, si uxori omnia permittat. An igitur iis casibus mulier ritè contrahet, tanquam innupta? Sunt, *vid. Tiraquell. ad leg. connub. gloss. 8. n. 32. 33. 34. itemque n. 41. & seqq.* quibus id non sine ratione esse visum est. argumento eorum, quæ de filiofamilias tradita sunt: *l. cum heres. 52. ff. de acq. hered. l. sed si. 17. §. II. ff. de injur.*

cui;

cui ; quum pater furere cœpit ; hereditatis aditio benignè concessa est : uti & injuriarum persecutio. Sed ea sententia probabilis quidem est , si Gallorum mores spectes ; apud quos uxor in manu viri est : si nostros ; non item. Quod enim non contrahit mulier (subindè id repetere cogimur) mariti gratiâ fit , ejusque commodi causâ. Qui autem in furorem incidit , uti statum , dignitatem , aliaque retinet ; *l. 20. ff. de stat. hom. l. 8. §. 1. ff. de tut. & cur. dat. ab his.* ita & mariti jus. manet enim cum eo matrimonium. *l. si cum dotem 22. §. si maritus ff. Solut. matrim.* Proindè qui curator ei datus est , suâ putabit interesse , ne contrahat mulier. Habebitne ergo & uxor furiosi curatorem ? Et vix est , ut commodi maritorum ea habeatur ratio , ut sub aliâ , quam mariti , curâ esse de-

H 6 beat ;

156 T. H. Rerum Quotidianarum
beat; quæ alioqui rebus suis admi-
nistrandis sufficiat. Si pater furo-
re correptus sit; scio, notatum ef-
se, *vid. Ant. Fabr. de Error. Pragm.*
decad. 6. error. 8. liberis in potesta-
te constitutis curatorem dari non
posse: sed ratione potestatis, quam
furens nihilominus retinet, *l. 8. ff.*
de his qui sunt sui vel alien. jur. libe-
ros; quasi sequelam quandam,
pertinere ad curationem ejus, qui
furiosi res administrat. At non i-
dem hîc dicas. quando non id jus
est, nec ea potestas viri in uxorem,
quæ in liberos parentis. Causâ
cognitâ forsitan statuet iudex, an
inspector aliquis aut observator
esse debeat qui eatenus interce-
dat, ut ne quâ in re jus mariti læ-
datur. quanquam nec hoc fidenter
admodum dixerim.

§. 20.

§. 20.

Duobus casibus sine marito mulier obligatur.

Adhæc duæ (ut sic dicam) exceptiones sunt à generali illà contrahendi, administrandi & gerendi interdictione: abusu eæ quidem primum, sed & novâ Constitutione confirmatæ. Anno 1602. lib. 1. C. jur. Frisc. tit. 2. §. 2. Prior est: ut quæ cum maritis propalam mercatui operam dant, gerere & contrahere possint, in iis quæ ad eam rem pertinent. Meritò factum. Qui enim uxorem sibi in id negotij adsciscit, curæque partem in eam reponit, utique contrahendi jus ei concedit, quoad ea, sine quibus id explicari non potest: *arg. l. 2. ff. de Jurisd.* idque adeo, ut & ipse ex contractu uxoris teneatur, quasi ea in societatem ejus sui admessa sit. Itaque sola mariti volun-

158 T. H. Rerum Quotidianarum
voluntas facit, ut exceptioni huic
locus sit. ut videamur dicere posse
non specialiter hunc casum excipi,
tamquam privilegium aliquod nu-
ptis à lege nostrâ concessum; sed
pertinere ad generalem illam ex-
ceptionem, quam mariti consen-
sus facit. de quâ supra diximus:
scilicet, non ad singula tantum ne-
gotia; sed & in universum; aut
in certum aliquod genus, quod plu-
ra contineat; maritum adsentiri,
aut ratum habere posse. Sed ut hoc
se habeat: si verbis novæ Consti-
tutionis insistimus; an, *Cum Ma-*
ritis, ita interpretamur, ut singu-
lis, quæ à nuptis in mercimoniis
geruntur, adsint, præsent mariti:
Non utique. nec enim ea est mens
legis: sed eas contrahere & obli-
gari, quibus mercimonia com-
munis cum maritis cura est & ad-
ministratio. De eo quoque quæ
ra

ras, an non & sola mulier mercatum aliquem exercere possit, quem vix ex parte aliquâ respiciat maritus. Planè si usum spectamus, ex consuetudine jus id factum est. frequentissimum enim id est: in eo potissimum genere mercium, quas foeminæ rectius aestimant, quæque ad curam virile non æquè pertinent. Sed & usus ille rationem habet. Quum enim ignorare vir nequeat, quid in tabernâ palam agat uxor; utique consensu suo id firmat, quum inhibere posset, si displiceret. Quodsi verò interdicit; contrâ statuendum est. Porro quòd adijcitur in novâ Constitutione, ut *propalam mercaturam exerceat mulier*; facit ad securitatem eorum qui cum nuptis contrahunt. Quia enim non vetat ea, quæ ab uxore publice aguntur; rata ea & firma habere censetur. ALTERA exceptio

160 T. H. Rerum Quotidianarum
exceptio est; contrahere & obligari mulieres nuptas, quatenus quid gestum ab iis familię exhibendę causā; cęterorumque nomine, quę eo pertinent, Eā re verō quid comprehendatur, non liquidum semper & expeditum. Primum enim, si quasi in familiam impensura, plurimum æris alieni contraxerit: an non arbitrium Judicis erit, quatenus in maritum danda sit actio; imō quatenus ipsa censeatur obligata? Puto esse: ac in æstimationem Judicis venire dignitatem mariti, opes conjugum & præsertim numerum onusque familię. Tum & de eo dubites, an non sic intelligendum sit, contrahere, gerere nuptas nostras, ut eatenus detur actio, quā creditum est in iis, quę quotidie alendę familię necessaria. Nam ut millia aut centena mutuo sumat; nemo neget præ
te:

ter mentem legis esse. Sicut & si non necessaria emat in diem; mox ea distractura argento præsentario; aut (ut facetè Comicus *Plaut. in Pseudol. act. 1. Scen. 3. ait*) emat die cæcâ, vendat oculatâ. Ergone inquires, probare debet creditor, in eam rem versum esse? In exercitoria sanè ut ea adversus dominum detur, J.C. requirit, *l. ult. ff. de exerc. act.* ut saltem sciat creditor, navem in eâ causâ esse, ut refici debeat; eique rei pecuniam necessariam esse. ut tamen si multo maior pecunia credita esset; non teneretur dominus in solidum. Idem ferè obtinet in institoria. *d. l. ult.* At ex iis non ausim adstruere, in muliere nuptâ idem statuendam esse. An refectio navis necessaria sit, facile scire potest creditor, cui proinde actio datur, quod absente domino crediderit

162 T. H. Rerum Quotidianarum
derit exercitori. Cæterùm qu
nuptæ credit, quî scire potest, e-
gere eam pecuniâ; ac prætereà pe-
cuniam creditam in familiam im-
pensuram esse? solus enim maritus
quidquid in redivibus est percipit,
& suo arbitratu dispensat: cujus
diarium creditor inspicere nequit.
eoque amplius qui in navis refe-
ctionem credit, quodammodo vi-
deri potest absentis domini negoti-
um curare: qui vero soli nupta
mutuo dat, inscio; nec absente
tamen; marito, nescio an non lu-
cellum suum magis, quam marit
negotium spectet. Num igitur cre-
ditori denegamus actionem? Ege-
nihil certi hic definiri posse existi-
mo: sed Judici æstimandum causâ
cognitâ. quum ex facti varietate e-
tiam jus variet.

§. 21

§. 21.

Si contraxerit in scio marito, an naturaliter obligata sit mulier.

Restat ut inquiramus, an & quatenus obligetur, quæ in scio aut invito marito contrahit. Civiliter planè non tenetur. quum moribus nostris contractus ejusmodi vetiti sint & improbati. An naturaliter ergo? videndum est. quando fieri potest, ut ejus quæstionis usus aliquis sit: puta, si solverit mulier quod sine marito promiserat; an condici possit, quasi indebitum in scienter, aut per errorem solutum. Naturalem obligationem non unam constituunt Interpretes Juris: primam, quæ cum reliquo jure naturæ, in ingenitâ aliquâ adfectione consistit: alteram, quæ humanitas servari præcipit quod conventum est. Posteriores (de quâ
hic

164 T. II. Rerum Quotidianarum
hic agendum) JC. l. 84. ff. de reg.
jur. l. 1. §. 1. & ult. ff. Si cert. pet.
definit, quod naturâ is debeat,
quem Jure Gentium dare oportet.
cujus fidem sequuti sumus. Ejus-
modi vero conventionibus quum
& ex lege Civili vinculum iniici-
tur; fit ut in uno contractu dupli-
cem obligationem spectemus; na-
turalem unam; Civilem alteram
uti in mutuo, numeratio natura-
lem constituit obligationem, qua
separata est à Civili verborum
nexu. l. si ita stipulatus 126. §. 2.
verb. superest. ff. de verbor. oblig. Jam
autem quum in iis sumus, in qui-
bus fidem præcipuè spectamus; in
qui justam exceptionem (ex Civi-
li lege scilicet) nactus est, non
definit debitor esse nisi & eam ex-
ceptionem habeat, quæ à natural
æquitate non abhorret: l. Marcell
66. ff. de reg. jur. ideoque solutur
ex

ex causa non concidit. *l. qui excep-*
tionem 40. ff. de cond. indebit. Quæ
cum ita sint; videmur dicere pos-
se, mulierem in iis quæ à Jure
gentium sunt naturâ debere, ac
proinde non condicere si quid ex
causa solverit, sive id tentet
mulier constante, sive soluto ma-
trimonio. quamquam soluto ma-
trimonio eo minus audienda sit
mulier, quod ratio interdicti con-
tractus tunc cesset; commodum
mariti puta. Sed si quærimus, an
non maritus, dum durat matri-
monium, repetat quod ex tali
causa à muliere solutum est, alia
est inspectio. Natura enim de-
betur mulier, nec ne; nihil mu-
tat: sed suo jure revocabit id
maritus.

§. 22.

Quæ causa sit, quominus in jure experiatur nupta.

Uti gerere, contrahere interdicitur nuptis nostris: ita & actiones edere, aut accipere; nisi maritus auctor sit, aut ad sensum præbeat. Id etsi in Codice Constitutionum & consuetudinum nostrarum expressum non sit: quin tamen ita se habeat, dubium non est. Quinimo in Judiciis nostris nihil usitatus Reis, quam reiicere petitionem, quæ solius nuptæ nominis fit. Tum, quia in jure contrahere & obligari dicimur; eadem ratio arcet nuptas à Judiciis, quæ à contractibus. Quæ vero alia ejus rei causa sit, non multis attinet inquirere, quando isti quæsito in superioribus quasi præjudicium aliquod ausi sumus facere; mariti scilicet

bet commodum facere ut ne con-
trahat mulier. cui consequens, ut
de jure suo sola experiatur: ne
quid marito dispendij sit, lite ma-
tractâ, aut susceptâ. Sed tamen
pudôr, verecundiaque (unicum
optimum foeminarum ornamen-
tum) in causâ esse possunt, ut à
tribunalibus abstineant nuptæ.
Etiam nonnulli etiam rationem red-
dunt, cur mulieribus contrahere
non liceat; uti traditum à Clarissi-
mo JC. Guido Pancirolo: *Respons.*
37. cujus memoria in veneratione
mihi cum multis, qui docentem
eum audivimus. Præterea præten-
di posset sexus imbecillitas. quasi
non idoneæ mulieres cavere satis,
satisque formulas callere; quarum usus
in judiciis. Cæterum (ut diximus)
non tam ista, quam jus & commoda
mariti nuptæ judiciorum usum adi-
cunt. Si enim sola verecundia;
aut

aut alioqui imbecillitas sexus spectentur: mariti consensus nihil ex iis mutabit. atqui is tamen solus facit, ut in jure contendere possit mulier. Quinimo vel ideo mulieribus lites exercere vetitum, quia maritis data est administratio: cujus plerumque magna pars in iis consistit. vix enim est, ut non agat, aut conveniatur aliquando, qui non multa tantum, sed quidpiam possidet.

§. 23.

In iudicio esse, qui accipiendum.

Igitur nuptæ nostræ in jure esse nequeunt, nisi viris auctoribus aut adsistentibus. Quod non ita tantum accipiendum, ac si ipsis licitum non sit ad tribunal consistere & postulare (id enim verecundia & iudiciorum nostrorum mos non admittunt) sed nequidem procura-

torem

orem constituere, aut Advocatum adhibere. Quin nec libellum quidem Judici offerent: cum saltem, qui præparandæ liti sit; & ista contineat, quæ causæ cognitionem requirunt.

§. 24.

Nuptam in jus vocaturus an & marito denuntiet.

Hæc sic sunt; si agat nupta. videamus, si in jus vocanda sit; ei foli, an & marito sit denuntiandum. Planè quia intelligit mulier in quem finem vocetur; nec ignorat ad maritum spectare defensionis curam: vix est, ut maritus quoque citari debeat. maximè si ita vocetur mulier, ut cum defensore legitimo compareat. Tamen consultius erit & marito diem dicere. ne prætendat, ignorasse se, cum uxore suâ iudicium sumtum esse.

I cuius

170 T. H. *Rerum Quotidianarum*
cujus rei is effectus potest esse, ut
ratum sit iudicium; quasi adpro-
bante marito ea quæ ab uxore ge-
sta sunt. Quâ de re; & an con-
sensisse censeatur maritus, qui a-
ctis iudicialijs non obstitit, aut
contradixit; prolixè admodum
Tiraquellus. *ad leg. connubial. gloss. 7.*
à quo peti possunt multa alia, quæ
huc faciunt; cum discrimine ta-
men. quando in multis consuetudo
nostra à moribus Pictonum di-
versa est. Denuntiationes tamen,
quæ in rem magis sunt, non dubi-
um est, quin nuptæ rectè fiant. ut
si novum opus nuntietur; valebit:
ut potè quod rei ipsi magis nuntia-
tur, quàm personæ. *l. operis novi.*
10. ff. de nov. op. nunt. quâ de causâ
& infanti, & furioso nuntiatio fit.
d. l. 10. Et quum pupillo finè tu-
tore de evictione denuntiari possit:
l. si dictum 56. §. 7. ff. de evict. non
utique

atque ambigimus, quin possit & nuptæ. quamquam qui ad venditionem evictionis nomine redire vult, personam magis spectet, à quâ præstari sibi petit quod convenerat.

§. 25.

Si in jus vocatæ uxori vir non adsit.

At quid si in jus vocatæ maritus adesse nolit; aut consensum præbere? Et magis est, ut denuntiatione ei habitâ, omnia æquè rata sint, ac si adfuisset. Quis enim alius rei exitus? Tum nec rationem habet, nec æquitatem, ut in manu viri sit, dissensu suo, aut absentia differre actiones, quæ in uxorem ejus competunt. Constat quidem, eum; qui cum minore acturus est, petere posse ut curatorem sibi eligat minor aut à Judice accipiat; ejus litis exercendæ causâ.

l. i. c. Qui pet. tut. vel curat. quippe

I 2 quod

172 T. H. Rerum Quotidianarum
quod actoris interlit, omnia ritè
& ex solenni judiciorum formulâ
fieri. At in muliere; cui maritus
non adest, non est ut idem statua-
mus. quum quæ acta contrâ mino-
rem indefensum, irrita sint, l. 45.
§. contra minorem ff. de re judic. l. 4.
C. si advers. rem judicat. propter lu-
bricum ætatis & judicij: quæ in
causâ, ut minor, nec ipse se tue-
ri, nec defensorem quærere curæ
habuisse præsumatur. id autem in
nuptâ non obtinet: quæ, nolen-
te marito aut nesciente, idè agere
non potest; ne quid detrimenti
rebus ejus sit. ubi verò convenitur
mulier; maritus, qui adesse non
vult, habet quod sibi imputet;
cætera rata firma sunt.

§. 26.

§. 26.

Si sine viro agat nupta, & obtineat; aut contra.

Cæterum si sola egerit mulier; solet quæri, valeat quod actum est; nec ne. omissio namque solennium ferè irrita reddere solet, quæ gesta sunt. *l. cum hi 8. §. si Prætor. ff. de transact.* Quid enim si obtinuerit mulier? Ab interpretum magnâ parte in hoc itum, *vid. Tiraq. ad leg. cornub. gloss. 8. valere quod actum est.* argumentum sumunt ex rescripto Imp. Gordiani. *l. non eo minus 14. C. de procur.* Non eo minus (inquit) sententia adversus te lata juris ratione subsistit: quod adversaria tua, minor viginti quinque annis constituta, causam marito sine curatore agendam mandavit. Minoribus enim ætas in damnis subvenire, non rebus prosperè gestis obesse consuevit. Ita Imp. Verum

tentemus, ne non tam liquidum hoc sit: apud nos saltem. Primum enim quæ in minoribus secundum Jus Civile obtinent; non dicas eo ipso ad jus nuptiarum nostrarum transferri posse. quippe in non uno differunt. In minoribus infirmitatem Judicij; in nuptis commodum & honorem mariti intuemur: cujus gratia quoque mulieri ademptus usus fori. An ergo in hoc inclinamus, ut in arbitrio mariti sit, valeat, an non; etiam quod quantumvis bonum exitum habuit? Durum sit, auctoritati, & administrationi mariti liberæ quidquam detrahere: & iniquum rursus, jus mariti in detrimentum mulieris vertere. Quamquam si diligentem patrem familias nobis proponimus; vix usus aliquis sit hujus quæstionis. grata enim ei proculdubio erunt, quæ prosperè cesserunt. sin perver-

sum

sum aliquem
de alia via
E diverso
sine marit
matrimon
exigere r
rei judica
per conti
marito e
facere r
modo e
consequ
Ubi erg
est; an n
cata ex b
no in et
suis an
dus cen
ei præju
solenni
na sit
tum et
soluto

sum aliquem cogitamus: est, unde aliâ viâ malitiæ ejus occuratur. E diverso, si causâ ceciderit, quæ sine marito egit; puto, cum durat matrimonium, maritum denuo exigere posse; nec obfuturam ei rei judicatæ exceptionem: uti & per contrarium, mulierem sine marito condemnatam judicatum facere non cogendam. eo enim modo & mariti emolumentum per consequens in discrimen venerit. Ubi ergo solutum matrimonium est; an non in mulierem res judicata ex sequutionem habebit? Planè in eo sumus, ut mariti consensus à nobis in id tantum adhibendus censeatur; ut quæ ita gesta sunt ei præjudicent: non autem ut pro solenni formâ id sit. Quod quum ita sit; non video, quâ judicatum evadat mulier, matrimonio soluto.

Quæ bonorum societas sit
inter conjuges Frisios ; ad lib. 1.
eorund. Statut. tit. 3.

C A P. X I V.

ARectissima societas est, viri
& mulieris illa conjunctio,
quæ vitæ individuum con-
suetudinē continet. In cæ-
teris enim rerum tantum commu-
nionem, spectamus; in istâ animo-
rum & corporum nexum. Et quum
reliquæ conventiones pro libitu sol-
vantur; aut maneant: hujus ea fi-
ducia est, quasi perpetuò duratu-
ræ. Tum & *uxor rei divine & hu-
manæ* (id est, rerum omnium) so-
cia appellata. l. 4. C. de crim. expil.
hered. eoque rectè traditum; si
quid adversi evenerit; ferendas ef-
se suppetias, ministerio, curâ, allo-
quo,

quo, alijsque, quæ ex maritali ad-
fectu debent præstari. *l. si cum dotem*
22. §. sin autem 8. ff. solut. matr. Hæc
quum sic sint; mirum videri possit,
quid ita legibus Romanis nulla in-
ter conjuges participatio sit eorum,
quæ in quæstu sunt. Tantum enim
id; & anxie quidem; cautum ut
mulieri dos sua salva esset. Conii-
cere forsan liceat, causam ei rei
dedisse priscum coemptionis jus.
Eo ritu uxor in manum viri transi-
bat; & familiam. quâ de re dictum
nonnihil alio loco. Proindè nulla
coiri, nec subsistere potuit societas
inter eos, quorum alter in alterius
potestate erat. Postea verò etsi de-
fierit coemptionis solennitas, quod-
que ex eâ juris erat: conjuges ta-
men quæstorum expertes man-
sere. Quamquam & tunc ea res
sine ratione non fuerit. Romanis
enim ex matrimonio non alia spes

quàm liberorum. unde solennis illa formula, *liberorum suscipiendorum causâ convenisse. vid. l. si vicinis 9. C. de nupt.* Itaque satis superque ijs habitum, si Resp. civibus augeretur: non etiam, ut mulieribus ex matrimonio quidpiam accederet. Alioqui; in societatem admissis mulieribus; in facili erat, indotas manere: si (quod non raro solet) secus quid acciderit; & pro lucro damnum suppetat. Id verò ne eveniret, Reip. interesse visum est: quo facilius scilicet cum dote virum invenirent, *l. 2. ff. de jur. dot. sobolesque propagaretur. l. hoc modo. 64. ff. de cond. & demonst.* Ethsi verò, auctâ admodum civitate, credibile sit, non eam fuisse curam propagandæ sobolis, quæ fuerat, bellis civilibus urbe exhausta: mansit tamen dotium cura. Itaque etiamnum Jure Civili nulla eorum, quæ

quæ quæruntur, conjugibus communio est. Quod quidem obtinet, si nihil convenerit. alioqui nihil vetat, conjuges in societatem coire, etiam bonorum omnium. qua de re alibi exemplum proponitur. *l. alimenta 16. §. qui societatem 3. ff. de alim. leg.* quinimo si donationem excipias; ex omni causa inter se obligantur conjuges: uti ex emto, *l. quod autem 7. §. si uxor. 3. ff. de don. int. vir & uxor. mutuo; l. penult. & ult. ff. de in rem vers.* alijsque conventionibus. *l. si vir. 12. ff. de præscript. verb.* ut tamen eâ in re nihil fit, quod in donationem incidat. Et hoc quidem jus Romanorum fuit. à quo Frisij, hac in parte, longè recesserunt. Inter quos enim justum conjugium est, non ab uno sæculo moribus inductum, ut & communio quædam fit eorum, quæ acquiruntur. Ea vero societatis

180 T. H. Rerum Quotidianarum
Species quæ sit, quæritur. Jcti.
qui de jure nostro consuetudinario
primùm ad Senatũ retulere, ijs
verbis; quod ad hanc rem attinet;
usi sunt, quæ non commodius for-
san, quam quæstus dispendiique
nomine exprimas. Eadem verò si
quis lucrum damnumque interpre-
tari malit; non repugno. Ea tamen
cautio est; ut hîc usum magis spe-
ctemus, quàm verba. In scripto
Jure quidem suus aliquis verbis lo-
cus: ut tamen menti legi fraus
non fiat. Nostrum verò Jus, de
quo agimus, quando usu inductum
est, hodieque comprobatur; uti-
que ab usu maximè æstimandum.
Hi rei argumenta sunt. Primùm si-
ve quæstum voces, sive lucrum;
Jure Civili nihil comprehensum e-
rit, nisi quod ex quæstu venit. l.
sed & si 13. ff. pro socio. id est (ut
Jcti. interpretantur l. 7. & 8. d. t.)
quoc

quod ex emtione, locatione, operaque
cujusque descendit. Itaque si quid
comparatum ex fructibus eorum,
quæ alterius conjugum erant;
verborum vis eò nos rediget, ut
participationi locum esse nege-
mus. nec enim pro quæstu habe-
binus, quod nec ex emti, nec
ex locati successu prospero; nec a-
lio industriæ aut artis modo quæ-
situm est. Atqui contrà obtinuit
moribus nostris. Si ex fructibus
comparatum quid aut adquisitum
sit; in partem ejus admittitur
conjux. adeo quidem, ut nihil
interfit, ex quibus rebus percepti
sint fructus. Rursus, dispendij,
damnique, seu æris alieni; aut
(quod magis ad vim verbi accedat
forsan) imminutionis patrimonij,
vocabulum, nimis generale est.
Quid enim si manifestissimè prode-
gerit maritus; si ob delictum con-
dem-

182 T. H. *Rerum Quotidianarum*
demnatus solverit ? dispendium
quidem & imminutio bonorum
est : cujus tamen uxori partem im-
putari, nec æquitas nec ratio ju-
ris patitur. Ob hæc, & quæ plura
alia ad eam rem adduci possunt,
existimem in controversiis hujus-
modi dirimendis, non tam verba
eorumque interpretationem inspi-
cienda esse ; quàm usum. Eum
porrò si spectes ; & cum generibus
conferas earum societatum, qua-
rum in Jure Civili mentio & tra-
ctatus est : cum nullâ earum in om-
nibus convenit. Primùm quidem
nostra hæc societas, omnium bo-
norum non est. Eâ enim coitâ,
Jure Civili omnia, quæ coeuntium
sunt, continuò communicantur.
l. i. §. i. ff. pro soc. uti & quodcun-
que acquiritur ex quacunque caus-
sâ ; honestâ tamen. unde, si here-
ditas obtigit ; si legatum aut dona-
tum

cum quid est; communioni adqui-
ritur. *l. 3. §. 1. ff. d. t.* Hoc ampli-
us, focius omnium bonorum con-
fert; si ob injuriam sibi factam,
vel ex lege Aquiliâ quid conse-
quutus sit. *l. cum duobus 52. §. socium
16. ff. d. t.* Per contrarium quoq;
si injuriarum damnatus quid præ-
stitit; ex communi recuperabit:
si non tam ob maleficium suum,
quam injuriâ Judicis damnatus
sit. *d. l. 52. §. 18.* Ab his consue-
tudo nostra quam longissimè di-
stat. Quæ enim cujusque propria
fuere ante matrimonium, manent
in suo statu, & dominio. Tum si
constante matrimonio hereditas
obvenerit, aut legatum: jure no-
stro non magis commune est, quàm
si nondum inito matrimonio obti-
gisset. Idem est, si ex donatione,
aliove respectu personæ quid ac-
cessit. Ex quibus relinquitur, non
idem

idem ex Consuetudine nostrâ ob-
tinere, quod Jure Civili in so-
cietate omnium bonorum. *Videa-*
mus, ecquid, comparari possit
cum societate, quæ simpliciter,
& sine adjectione aliquâ coiri so-
let. Id quum actum est; Jure Ro-
mano communio non est, nisi eo-
rum, quæ ex quæstu obveniunt.
l. 7. pro soc. hoc est (ait Ulpianus
l. 8. d. t.) *si quod lucrum ex emtione,*
locatione, operave aut industria des-
cendit. Quin etsi additum sit; quæ-
stus & compendij societatem fo-
re; quidquid ex hereditate, le-
gato, donationeve obvenerit,
ejus est, cujus & societate nullâ
contractâ futurum erat. *l. aditio*
45. §. 2. ff. de adquir. hered. Et in
summâ quidquid non ex causâ &
jure societatis quæritur, explorati
juris est, non pertinere ad commu-
nionem, *l. 52. §. cum duo 5. ff. pro soc.*

aded

ad eum quidem, ut si alter pecuniam
communem foeneraverit; usuras
que perceperit, ita demum usuras
partiri debeat; si societatis nomi-
ne, non suo foenori locarit. *l. si unus*
67. §. 1. d. t. Cum his si conferas
usum nostrum: erit, cur non valde
renitendum videatur; si quis autu-
met, idem jus inter conjuges no-
stros esse, ac si simpliciter inita es-
set societas. eo magis, quod qua-
estus lucrique mentio habita ab iis,
qui quid hac in re moris esset, scri-
pto testatum facere voluerunt. Cæ-
terum nec ea ratio constat. Si peni-
tius enim rem introspicimus, mos
noster nec ad simplicem societatem
prorsus accedit, nec ab omnium cõ-
munionem in universum abit. Socie-
tate simpliciter cõtractâ, si corpori
alterius nocitum sit, eique curando
sumtus factus: ex medio non refar-
cietur. nisi, quod ægrè à IC. admisū
est,

est; ut si quum rem communem
tueretur, vulneratus sit; recuperet
quod in Medicos erogatum est. *l.*
60. §. socius & l. 61. d. t. Eà in re
conjuges nostri alio jure utuntur.
Si morbus inciderit; si furor; si
qua alia miseria sit: ferenda impen-
dia æquo onere: quamquam & hoc
Jure Civili quoque obtinere dici
possit. *l. 22. §. 8. ff. solut. matr.* Et
rationem habet usus noster. Perso-
narum enim intuitu, conjugalis
nexus aliud & separatum jus habet
à rerum societate. In hâc quum
bona causam dent conjunctioni;
merito personarum nulla habetur
ratio: in illo quum ex animorum
mutuo adfensu inviduum vitæ vin-
culum, carissimorumque pignorum
solatium in votis sint: quæstus con-
munio sequela tantum quædam est.
non enim eam rem sibi proponunt,
qui matrimonium contrahunt.

Quamo-

Quamobrem existimo novum aliquod, & suum societatis genus inter conjuges esse: societatis quidem; non eo respectu constitutæ: sed quam jus & lex matrimonij secum trahunt.

An ubi justæ nuptiæ;
ibi ea societas.

C A P U T X V.

Communionem, quæ inter conjuges Frisios est, constat ad eos demum pertinere, inter quos justæ nuptiæ; & perfectæ eæ quidem nostro jure & ritu. Sed an è converso, ubi justæ nuptiæ, ibi societas sit; non ita planum est. Cum eo, qui in furorem incidit, manet matrimonium. *l. si cum dotem 22. §. si maritus. ff. sol. matr.* ideoque & pater furiosus

sus potestatem retinet in liberos,
quasi (inquit Ulpianus *l. 8. ad fin. ff. de his qui sui vel al. jur.*) voluntatis re-
liquis remanentibus. An eo argu-
 mento itaque definimus, etiam
 communionis jus cum furioso esse?
 ideo maximè, quod societas hæc
 non ex speciali conventionione est;
 sed ut appendix matrimonium se-
 quitur? utique *qui furit, nec velle
 nec scire, nec præsens esse censetur. l. 2.
 §. furiosus ff. de jur. codicill.* quare et si
 magistratum retinet, & patriam
 potestatem: *l. qui furere 20. ff. de
 stat. hom. administratio tamen ei a-
 demta. l. nec mandante 8. §. 1. ff. de
 tut. & cur. dat. ab his.* Quinimo ip-
 se alienæ curæ commendatur.
 quum *in eo animus deficere dicatur.
 l. 2. ff. de procur.* ideoque curator
 ejus nomine & loco: scire, vel-
 le, & præsens esse debet. At in-
 quies, jus communionis esse ab
 ipsâ

psâ consuetudine, nec requiri in
o factum aliquod, aut volunta-
em: quibus verò ex causis ignoran-
ibus nobis adquiri potest, ex iisdem &
furioso actionem quæri. l. si à furioso 24.
f. de obligat. & act. quâ de causâ
qui furore correptus est, suus ta-
men & necessarius heres habetur:
ult. §. sin verò C. de cur. furios. ex-
tranei tamen hereditatem ipse non
quærere, nec adire potest, sed cu-
rator agnoscat bonorum possessio-
nem. sic nec per filium, qui in manu
furiosi est, hereditas adiri potest,
nisi curatore jubente. Quid ergo
statuendum? Ex facto pendet defi-
nitio. Refert enim, an curator fu-
rioso datus sit. Id si factum est, pro-
cul dubio inventarium conscriptum
erit. quum ad id curator præcipuè
teneatur. d. l. ult. §. vers. sin aut. C. de
cur. fur. Tum curatoris administra-
tio ad furiosum tantum ejusq; bona
per-

pertinet. ac proinde per separationem illam bonorum communionis jus sublatum videtur. Sin verò eorum nihil factum sit ; sed (quod aliquando toleratum scio) uxor, aut consanguineus aliquis furiosi, eam curam in se susceperit : an manet communio ? Nihil fanè vetat mariti furiosi conditionem meliorem fieri ; ideoq; quæditorum eum partem ferre. Sed si sic censemus ; non æqua erit societatis conditio : furiosum scilicet, damni expertem lucrum sentire. Tentet aliquis forsan, lucri eo casu omninò participem esse, damni ita demum, si ab uxore aut agnato nihil factum quàm quod debuit, aut solebat. uti si ea rei familiaris angustia est, ut sustentando matrimonio quid æris alieni impensum sit, aut fortuiti quidpiam obvenerit, ad furiosum quoque spectet. Maritus verò,

ero, qui nondum justæ ætatis est, tamen jus communionis habet. Nolle enim, & scire eum, ideoque etiam sine curatore obligari conat. Nec refert, quod alibi negatus, minori rerum uxoriarum administrationem competere. Non enim ea sola ratio participationis inter conjuges. nam si esset: nunquam, aut raro saltem, admittebatur mulier. quippe quod administratio viri sit. Quâ in re tamen illo jure utimur.

In communionem illam quæ veniant.

C A P. X V I.

IN communionem, quæ moribus nostris inter conjuges obtinet, quæ veniant, frequens quæstio est: & attigimus quædam

dam cap. xiiij. Nunc duo propo-
 sita: de accessionibus unum; alte-
 rum, si quid perierit. Itaque (quod
 repetere cogimur) eo jure utimur,
 ut ea, quæ nondum inito matrimo-
 nio cujusque fuere, extrà commu-
 nionem sint. quorum qui libellos
 conficiunt; uti de paraphernis olim
 vulgo Romæ solent, *l. si ego 9. §.*
cæterum 3. ff. de jure dot. prævortunt
 sanè multis litium molestiis. Nec
 refert, quibus in rebus consistant
 conjugum patrimonia. quippe non
 id agitur, ut commixtio commu-
 nia faciat, ne illa quidem, quæ alio-
 qui permista facile in communi-
 onem incidunt. Quibus consequens
 est, id quod alluvione aliove modo
 rebus ipsis accessit, earum domino
 quæri. Quod tamen ita denuò ob-
 tinere puto, ut quum soluto ma-
 trimonio divisio initur, ratio ha-
 beatur ejus, quod accessionibus
 impen-

impensum est. Sed quid si maritus thesaurum iuenerit? Si in suo solo; certum est, ejus esse: si in alieno, non datâ operâ, dimidium ei cedere. §. *thesauros* 39. *Inst. de rer. divis. l. un. C. de thesaur.* Et quidem quod in suo solo repperit, quasi dominus & possessor, sibi vindicare videtur. Id si ita sit; relinquitur thesaurum illum inter adquisita non numerandum: quasi quidpiam quod ratione & intuitu fundi obvenit; pro fructu tamen haberi nequeat. Sed vereor, ut id parùm procedat. *Thesaurus* quidem non fructus est fundi: *l. fructus* 7. §. *si fundum* 12. ff. *sol. matrim.* sed & nec accessio; naturalis saltem. si quid enim ad crescere debeat; necesse est, ejusdem ferè materiæ sit. Tum thesaurum invenire, acquirendi modus est. adeo, ut etsi sciam alibi defossum esse,

K

domi-

194 T. H. Rerum Quotidianarum
dominium ejus non adipiscar antequam apprehendam; etsi de eo inter veteres J.C. non satis convenit. d. l. 3. ff. de acquir. poss. Illud certum est, inventionem illam pro acquisitione esse: in quâ non neges esse operæ aliquid; licet fortuitæ. An ergo maritus in medium conferet id quod invenit? Non absolum putem, si id quod in suo solo invenit marito cedat: *naturali æquitate*, uti Hadrianus Imp. voluit, d. s. *thesauros beneficio Dei*, uti Imp. Leoni visum, d. l. unic. C. de thesaur. Idque ideo; quod nec in quæstu, nec in fructu poni id possit. de fructu nemo sanæ mentis dubitet: de quæstu nemo Jurisperitus; qui scit in eo operam spectari. l. 7. & 8. ff. pro soc. Si verò in alieno; non perscrutandi animo, sed forte fortunâ; inventus sit à marito thesaurus: videmur admittere posse, ut pro ad-
qui-

quisito habeatur dimidia inventi,
quæ ei quasi operæpretium conces-
sa. hoc enim casu, proportio aliqua
est inter fortuitam operam inveni-
entis, & jus proprietarium domini.
In suo verò quum quis invenit; non
potest admitti ea æqualitatis ratio.
quum idem & dominus & inventor
sit: qui proinde secum ex æquo
partiri nihil potest. Hæc eo fiden-
tius videmur adserere posse; quod
in non absimili idem ferè senserit
Connanus. *l. Comment. lib. 7 cap. 13.*
De accessionibus hæc sunt. Ex con-
trario, si ædes incendio, ruinâ; fun-
di chasmate perierint, aliave quæ
calamitas obvenerit: an non dici-
mus rem suo domino perire? Non
puto dubium esse. Potest id tamen
interdum in obscuro esse. Quum
quod ruri ædificatum erat, exustum
esse proponeretur; implicita mihi
facti quæstio videbatur: debuisse

K 2 enim

196 T. H. *Rerum Quotidianarum*
enim addi usus qualitatem & ge-
nus ; ut constaret quâ gratiâ maxi-
mè exstructum esset. Nam uti præ-
dium urbanum aut rusticum locus
non facit, sed usus ; l. 16. C. de præd.
& al. reb. min. l. 198. ff. de verb. si-
gnif. quod & in supellectili, fami-
liâ, aliisque observatur : l. 12. ff.
de supell. legat. l. 99. ff. de legat. 3.
l. 4. §. si ita legetur ff. de pen. legat.
ita & hîc scire refert, cui bono esse
soleat, quod interiisse proponitur.
Distincte olim villæ in urbanas, ru-
sticas & fructuarias. idem nobis li-
ceat. Igitur si quis ruri prætoria,
aliasque mansiones sui cultus aut
honoris causâ habuit, non dubium,
quin ei perierint. De rusticâ verò
& fructuariâ non tam expeditum.
Quum enim hæc fructuum ; illa in-
strumenti, eorumque, quæ ab o-
perâ rusticâ sunt, receptaculum sit:
vix neges, eas villæ partes pro in-
strumen-

strumento rustico habendas. quod si sic se habet; nihil repugnat, quin ex pari impensas ferant ejus, quod in utriusque commodum reficitur. Tum cui gregis, aut vineæ usufructus legatus est, in mortuarum pecudum, arborumve alias substituire debet. *§. sed si gregis. 38. Inst. de rer. divis.* Itaque nulla injuria videtur, si idem fiat inter conjuges: qui quum fructus communes habeant, non procul absunt à jure usufructu-
ariorum; intuitu patrimoniorum, quæ alioqui, quoad dominium, separata sunt. Me tamen hæc movere non possunt, quin contrà sentiam. Villa enim rustica, aut fructuaria; quod ad propositum at-
tinet; cum instrumento non rectè comparatur. hoc siquidem usu at-
teritur, & paratur quasi in diem: illa perpetui usus causâ. Proinde existimem, villam; de quâ agimus,

K 3 periisse

198 T. H. Rerum Quotidianarum
periisse domino suo: id autem quod
restaurandæ impenditur, jure em-
ponematum censerî; quorum ratio
iniri solet matrimonio soluto.

An mulier marito rectè ce-
dat jus quæstus & dispendij.

C A P. X V I I.

Mulier marito cessit jus
quæstus & dispendij, pro-
ximis mulieris præbenti-
bus adsensum quasi & au-
toritatem. Dubitatum, an valeret
quod actum erat. Non una mihi
quæstio visa: prima, an adsensus il-
le propinquorum faciat, ut ritè cum
marito contrahat mulier: altera,
an non hoc modo res in donatio-
nem incidat. In primâ id se statim
offert; virum moribus nostris quasi
curatorem, res uxoris administra-
re.

re. & , licet prorsus jure curatoris ;
eoque minus tutoris ; cenferi non
possit : habet tamen id in se, nescio
quid , à quo suspicionem non facilè
amoveas. multum blanditiæ mari-
tales , & plus subindè minæ valent.
Itaque, sive imbecillitas mulieris in
causâ est, ut maritus res ejus admi-
nistret, sive honori matrimonij hoc
datum ; sive (quod Tiraquello pla-
cuit *ad leg. connub. gloss. 6. n. 40. &*
seq.) utriusque gratiâ inductum :
nulla ratio facit, ut nostris moribus
inter conjuges contractus aliquis
ineatur. At non desunt, quibus
placuit, *vid. Tiraq. gloss. 8. verb. de*
son. mari. n. 119. maritum uxori suæ
auctorem fieri posse in suum com-
modum. Sumunt argumentum ab
eo, quod ferè receptum videatur.
d. gloss. 8. n. 116. patrem filio, sibi
mortis causâ donanti, posse con-
sentire. quod ut demus ; non video

K 4 quî

quî inde efficiant, idem esse in vi-
ri contractu cum uxore. Ex con-
suetudine; quæ penè eadem nobis
hac in re cum plerisque Gallorum;
mulier nisi marito adsentiente, non
rectè obligatur. Nunc si dicimus,
maritum & ipsum quâ de re cum
muliere convenire posse; & ei rei
auctoritatem præbere: periculum
est ab absurdo; ut idem in eodem
actu duorum vice sit. Tum de
patre potest alia ratio reddi. nam
(quod tamen ab auctoribus ejus
sententiæ non motum, quod sci-
am) qui mortis causâ dat, in id
tempus plenum effectum volunta-
tis suæ confert, quo civilibus im-
pedimentis locus ulterius non est.
filius qui mortis intuitu patri do-
nat, eum cum statum sibi proponit,
quo patria potestas desit. quod eo
magis ijs probabitur, qui eam do-
nationem pro ultimâ voluntate ha-
bent.

bent. Tale verò nihil in hoc contractu, conjugum. Ea quoque ratio diversitatis potest esse, quòd quæ in tam conjunctos; ut sunt pater & filius; confertur liberalitas, debitum potius dici debeat. *l. i. C. de impon. lucrat. descript.* Sed ad hypothesein nostram proprius accedamus. Proximi mulieris, nostris moribus, nihil juris in nuptam habent. Cui bono igitur eorum adensus? si ad actum aliquem vocetur, qui suo interventu nihil mutare potest, pro eo habebitur, ac si nemo vocatus esset. Puto tamen eò nos pervenire posse, ut admittamus, potuisse mulierem, de quâ quærimus, ex proximorum consilio cum marito contrahere. Qui censent, patrem filio mortis causâ sibi donanti rectè consentire, eo moventur, quòd consensus patris non pro solennitate fit, sed, ne quid

K 5 ei præ-

202 T. H. *Rerum Quotidianarum*
præjudicij fiat. *vid. Fachin. controu.*
5. cap. 26. De mariti consensu idem
videtur. & ei rei argumenta sunt.
Spectare scilicet consuetudinem
nostram mariti commodum & ho-
norem; nec solennem formam ef-
se: cum & ratihabitio mariti satis
sit firmando mulieris contractui. u-
nus tantum reliquus erat obex;
fraudis suspicio, & injuria à metu,
aut amore. Sed & eum præsentia
& consilium proximorum removet.
Sequitur altera quæstio, puta, an
quod actum est in donationem non
incidat. Sanè qui jus quæsitum re-
mittit nihil differre videtur à do-
nante. unde est, quòd minores si-
cut alienare non possunt, ita nec
jus suum remittere. *l. si ad resolen-*
dam 7. C. de præd. & al. rebus minor.
Quotiescunque vero alter conju-
gum ex donatione pauperior effici-
tur, alter locupletior; nullâ ratio-
ne

ne valet quod actum est. *l. 5. §. t. t. ff. de don. int. vir & ux.* Atque inde est quod Julianus ait. *l. si sponsus 5. §. circa venditionem d. t. venditionem à viro uxori minoris factam donationis causâ, nullius esse momenti.* Sic si donaturum mihi, jussero uxori meæ dare; non subsistit. *l. 3. §. ult. d. t.* Idemque est, si mortis causâ traditurum mihi, jussero uxori tradere. *l. idemque 4. d. t.* utrobique enim (ut ait Julianus) *rem quam habiturus eram, in bonis meis desinam propter donationem habere.* Unde efficitur nihil actum esse hujusmodi renuntiatione. Nec ignoro, aliter sensisse Covarruviam. *de sponsalib. part. 2. cap. 7. §. i. n. ii.* cui Peckius subscribit, *de testam. conjug. lib. 2. c. 1.* qui sententiam suam rationibus, multorumque quos recenset, auctoritate firmare nititur. *vid. Boer. decis. 244.* Sed sepositâ auctoritate,

argumenta videamus. Si maritus heres institutus repudiet donationis causâ, idem Julianus tradit, valere donationem. *neque enim (inquit) pauperior fit, qui non acquirit, sed qui de patrimonio suo deposuit.* unde non dolo desinere possidere dicitur, qui occasione acquirendi non utitur. *l. nemo 68. §. i. pro soc.* Sic autumat Covarruvias, & mulierem, quæ jus acquirentium remittit, nihil de suo deponere, sed tantum non acquirere: Sed profecto non idem est, non adire hereditatem, quod jus acquirentium remittere. qui heres scriptus est, aut legitimus, nisi adeat hereditatem, non acquirit: extraneus puta. suus enim ipso jure heres est, nisi se abstineat. Rectè itaque dicitur, nihil de suo diminuere, nec pauperiorem fieri eum, qui non adit. unde traditum est, eum, qui id egit ne acquireret,

reret, non videri dolo desuisse possidere. quia (ait Ulpianus *l. i. §. confertur. 25. ff. de collat.*) hic & sibi insidiatus est. sic non fraudantur creditores, cum quid non adquiritur à debitorre: sed cum quid de bonis diminuitur. *l. 134. ff. de reg. jur.* Alioqui, quâcunque arte id agitur, ut alter locupletior fiat; non subsistit. & indè est, quòd si uxor vel maritus exceptione quâdam donationis causâ summoverti voluerint, factâ absolutione; sententia quidam valebit, sed condicetur ei, cui donatum est. *l. 5. §. si ux. 7. ff. de don. int. vir & ux.* Adquisita verò (quæ & vis verbi arguit) confestim sunt in bonis adquirentium. licet matrimonio non soluto, subindè incertum sit, quæ illorū sit quantitas. Quæ ergo ratio est, ut non videatur pauperior factus, qui alteri cessit id quod pleno jure sibi quæsierat; Quod si (uti Julianus tra-

206 T. H. Rerum Quotidianarum
tradit d. l. idemque 4. ff. de don. int.
vir. & ux.) ideo non valet donatio con-
jugi facta, quia propter donationem in
bonis desinam habere rem quam habitu-
rus eram: utiq; hoc amplius in pro-
positâ quæstione non subsistet re-
nuntiatio, quâ id remittit uxor
quod habeat. Quid ergo statuen-
dum? Mihi videtur, mulierem jam
quæditorum jus (sive de quantitate
eorum constet, sive non) viro ce-
dere non posse. ne fraus fiat legi,
quæ donationes has prohibuit. Sin
verò in futurum juri communionis
renuntiet; posse locum esse senten-
tiæ Covarruvię. dummodo ex pro-
pinquis mulieris unus atque alter ei
rei adhibeantur; vel potius (quod
Tiraquellus voluit d. gloss. 8. n. 122.)
decretum magistratus accedat.
Quodsi pactis dotalibus ab initio
adjectum est, ut lucri damnive nul-
la sit communio; procul dubio va-
let quod actum est.

Brevis
II.
Q
quid con
Dux Fris
id tamen
nim in ut
la nostra
adfirmen
ciffimas
indagator
monuerit
meari
tributum
adversare

Brevis interpretatio ad tit.
II. Statut. Fris. lib. I.

CAP. XVIII.

QUum res soli veneunt, aut permutantur; solenne est, id in Ecclesiâ & iudicio prædicari. Quâ de re etsi quid constitutum, cum Saxoniarum Dux Frisiis præfectus esset: obtinet id tamen ex vetusto more. fuit enim in usu, etiam vigente priscâ illâ nostrâ libertate. Ut id ita esse adfirmem, movent me quæ sagacissimus antiquitatum nostrarum indagator Bernardus Furmerius ex monumentis priscis mihi communicavit. Cæterum plus tum ei rei tributum. nam si non esset, quod adversaretur; iudex quodammodo addi-

208 T. H. Rerum Quotidianarum
addicebat : & cum edictione qua-
dam , ne quis emtoris jus immi-
nueret , eumve de possessione dei-
ceret. ideoque **Verdeban** & per
metathesin literarum **Verdeban**
appellabant ; quasi Edictum pacis.
Postea & nomen , & effectus e-
jus mutata sunt Utilitas ejus so-
lennitatis evidens est. nam & pu-
blicè & privatim interest , inno-
tescere translationes has dominio-
rum. publicè , ne quid tacitâ fi-
de adiiciatur in fraudem civilium
munerum : privatim , od jus gen-
tilitium , quod Retractum appel-
lamus. Quando itaque usus ejus
frequentissimus est ; nec tamen si-
ne controversiis : è re mihi visum,
in aliqua inquirere. Summa consti-
tutionis , an consuetudinis , est :
rei immobilis emtio , aut permata-
tio ut tribus diebus Dominicis in
Ecclesiâ , & ter ad tribunal judicis
ejus

ejus loci prædicetur & recenseatur;
idque intra annum. Immobilia quæ
censeantur; quod ad hoc jus pri-
mò videndum. De fundis & ædibus
nemo dubitabit. nec refert; etsi
ædes lignæ sint. *l. 1. §. plane ff. de
vi & vi arm.* Unde & de molendi-
nis idem dicendum videtur. *vid. Ti-
raquell. de Retract. lign. §. 1. gloss. 7.
n. 92. & seqq.* De terrâ palustri &
(uti veteribus dicta) familicosâ,
quâ ad solem ficcata ignem strui-
mus, dubitatum aliquando, eo
quod avehi solet. sed nova consti-
tutione ea inter immobilia compre-
hensa; quum & quodlibet solum ef-
fodi & aliò transferri possit. In vil-
lis autem rusticis (quæ ferè colono-
rum sunt) secus observatur finita
locatione. quippe dominus fundi
æstimatas sibi vindicat; veluti in
solo suo ea lege ædificatas. Arbo-
res quoque, ad interdictum quidem

Quod

Quod vi aut clam quod attinet; pro
 rebus soli habentur. *l. si alius 7. §. no-*
tavimus 5. ff. quod vi aut clam. sed
 usum si spectamus; hac in parte a-
 liud dicendum: maximè si venie-
 rint, ut cædantur. non enim tunc
 stantes, sed loco motæ videntur
 venditæ. Eaque forsan ratio est;
 quod quum ex agnatis quidam in se
 transscribi peteret emtionem gran-
 dium arborum; secundum reum
 judicatum fuerit. *vid. Robert. l. 3.*
Rer. judicat. cap. 9. Idem obtinet
 in fructibus, qui aristâ continentur.
 nam licet intuitu quodam fundi
 pars dicantur: *l. fructus 44. ff. de rei*
vindic. avulsi tamen sunt: quum tra-
duntur; ac proinde inter mobilia
habentur. l. fin. §. 2. ff. de req. reis.
 Cæterum annui reditus hîc inter
 res soli habentur, etiamsi redimen-
 di jus pacto adjectum sit venditio-
 ni. quâ de re extat constitutio Imp.

Caro-

Caroli 5. idem puto, obtinebit, si
jus annuæ pensionis, quæ solarij
nomine penditur, veneat aut per-
mutetur. Ter verò; seu trinis die-
bus habendę testationes. qui nume-
rus & in alijs solennis. nam & cre-
ditor, quod pignus distrahere vult,
ter debitori denuntiat solutionem,
quum aut id actum, ne distrahere-
tur, aut ejus rei nulla facta mentio.
vid. l. 4. ff. de pign. act. & Paul. 2.
Sent. 5. & 13. In Ecclesiâ porrò, &
ad tribunal judicis ideo prædicari
voluere maiores nostri; ut eo com-
modius innotescat iis, quorum
interest.

De

De beneficio inventarij, ad
Statut. Fris. l. 1. tit. 18.

C A P. XIX.

Hereditas quum obvenit;
uti, luculentam fore sæpe
spes est; ita ne damnosa sit,
non levis metus. Ea de
causa deliberandi jus inductum:
festinæ aditionis, aut repudiationis
quasi sufflamen, & remora quædam.
Cæterum latens æs alienum; inte-
ritus rerum hereditariarum; aliaq;
fortuita fecêre subinde, ut quam
exactissime inquisitioni non respon-
deret exitus. Itaque Imp. Justinia-
nus alio modo prospexit heredi; ut,
rite confecto inventario, damni se-
curus, emolumentum spem retineat:
nec spem tantum, sed quidquid
dimissis creditoribus & legatarijs
superfit. *l. ult. C. de jur. delib.* Id au-
tem

tem beneficium etsi ex generali
constitutione omnibus est concef-
sum: alio jure tamen uti cœpere
Galli; quorum Reges singulis id
petentibus, privilegij loco largiri
solent. *Chassan ad consv. Burg. tit. de
success. 15. gloss. ult. Chopin. de morib.
Paris.* Et ex constitutione Imp. Ca-
roli Quinti in usum judiciorum no-
strorum idem inductum. petimus
enim à Summo Senatu: & impe-
tramus causa cognita. Sed ad
eam cognitionem quædam perti-
nent, quæ non inutilis indagatio-
nis forsan sint. Ut ecce: sub in-
ventario nemo potest adire, si quis-
piam ex eadem familia sit, qui pu-
rè aut adire volet, aut jam adiit.
Et rei, ni fallor causam dedit ho-
nos defuncti. nam & ad ejus famam
pertinet; esse qui pro eo respon-
deat ut heres. *l. 6. ff. de interrog. in
jur. spectarunt id olim Romani plu-
rimi*

214 T. H. Rerum Quotidianarum
rimi enim; etsi res fractæ essent;
famam tamen & existimationem
unà cum bonis nolebant possideri.
Itaque servus eis heres necessarius:
ut ejus potius bona venirent, quam
defuncti. l. 1. C. de neces. her. §. 1.
Inst. de her. qual. & differ. Et; si
verum amamus; habet cautio, quæ
ex inventario est, nonnihil, quod
curiosorum censuram non evadit.
Sed ut id sit; Constitutio sic scripta
est: sine discrimine, ex testamen-
to, an intestata successio sit. quam-
quam verba, quæ familiæ mentio-
nem faciunt, ad legitimam tan-
tùm successionem videri possent
pertinere; nisi usus adversaretur.
Verùm quum heres scriptus in-
ventario vult uti, ex cognatione
autem quis purè adit: quid fiet le-
gatis? debuit enim in testamento
nominatus esse, à quo legata peti
possent. quum non aditâ ex testa-
mentò

mento hereditate, nihil subsistat.
l. 1. ff. de injust. rupt. irrit. fact. testa-
ment. l. fin. ff. de condit. instit. §. 7.
Inst. de hered. quæ ab intestat. hujus
verò, qui sine inventario heredi-
tatem petit, nulla in testamento
mentio. Tamen salvam puto lega-
torum petitionem. argumentum
mihi ex eo, quod ab Imp. Justi-
niano constitutum, quum heres le-
gatorum solutionem ultrà annum
differt. *Novell. 1.* ex lege tum he-
redes fiunt, qui scripti non erant:
tamen exsequantur quæ testa-
tor voluit. Hic quoque lex heredem
facit, alium à scripto. proindè di-
cendum, cætera omnia quæ in te-
stamento sunt, rata firma manere.
pena enim quæ contra scriptum
heredem obtinet, legatarijs no-
cere non debet.

Quæ

Quæ partes inter heredes
factæ censeantur.

CAP. XX.

Quota ex parte quisq; scrip-
tus videatur, frequens ad-
modum, & non infructu-
osa inter coheredes solet
esse controversia. Ea de re, quia
non una & simplex est Juris defini-
tio: non abs re erit, omnia certo
ordine in unum redigere, & si quid
erit dubij, explicare.

Igitur de partibus constare po-
test ferè his modis. Aut ex manife-
sta testatoris voluntate; puta, quum
ipse singulis partes attribuit: aut
ex tacita seu præsumta voluntate,
quæ juris interpretatione, ex ver-
borum conjunctione, proprietate,
alijsque modis solet colligi. Ubi
partes

partes ab ipso testatore exprimuntur, res nihil habet difficultatis: ut si dicat, Titium ex bessa, Sejum ex oriente heredes facio. Ita enim dividendi oportet hereditatem, uti iussit testator; quum ex ejus voluntate omnia debeant. Atque hæc quidem procedunt, quum ita ut iussit testator, partes adscriptæ sunt. Si enim per errorem Notarius ex quadrante aliquem scripsisset, quum testator ex semisso dictasset: tamen ex semisse heres erit. *l. quotiens 9. §. sed si non 2. ff. de hered. instit. fac. l. errore 7, C. de testam.* plus enim nuncupatum, minus scriptum est. Idem est, & si ipse testator minus adscripserit, quum plus destinasset scribere. nisi quod error ipsius testatoris difficiliorem habet probationem. Quod si per errorem in majorem partem quis scriptus proponatur, puta in semissem pro

L

qua-

218 T. H. Rerum Quotidianarum
quadrante, aut ducenta per notan
pro centum data esse; promptius di
cemus ex quadrante heredem esse
ac centum tantummodò data cen
seri. *d. l. quotiens. §. Sed si majorem.*
ff. de hered. instit. Nam & voluntas
defuncti ea est; & juris ratio suffra
gatur. Semper enim majori sum
mæ inest & minor. *l. i. §. si stipu
lanti. ff. de V. O. l. diem 27. §. si plu
res ff. de recept. qui arbitr. recep.* Sec
quod de erroneâ adscriptione ma
joris minorisve partis diximus; vi
deamus, quot testibus probari de
beat. Recepta ab omnibus est sen
tentia, errorem notarij, qui con
trarius est voluntati testatoris non
nisi septem testibus, iisque qui te
stamenti confectioni interfuere
probari. *vide Ias. ad. d. l. errore 7. n.*
7. C. de testam. Hæc tunc obtinent
quum testator neminem sine parte
reliquit. At si duos ex quadrantibus
scripse

scripserit, unum sine parte: quod
si deest, feret qui sine parte scri-
ptus est. *l. item quod 17. ff. de hered.
instit.* Nec refert, quo loco sine
parte quis scribatur, primo, me-
dio, an postremo. *l. quo loco 20. ff.
eod.* Idem obtinet, & si quis asse
toto non distributo, sic dixerit,
Quem heredem codicillis fecero,
heres esto. Erit enim heres ex eâ
parte, quæ ex asse reliqua erit. *l. as-
se toto 77. ff. de hered. instit.* Quum
tamen quid deest assi; potest vide-
ri interesse, quo loco sine parte
quis scribatur. nam si ita dicas, Ti-
tia heres esto; posthumus (si quis
mihi nascatur) ex dodrante heres
esto: si posthumus nascatur, Africa-
nus viginti unam partes fore dicit,
duodecem Titiaë, novem postumo
deberi. *l. si ita 47. §. quidam testam.
2. ff. eod.* Ceterum id eò fit, quod
constabat Titiam ex asse scriptam,

L 2 ut

ut semel atque iterum indicat Africanus. Huic autem definitio Justinianus abrogavit. *in l. cum quaestio 23. C. de legat.* Statuit enim, ut cum prius testator rem integram alicui dedit, sive ex asse aliquem heredem scripsit; si ei postea aliqua ex parte aliquem adjecerit pro eâ portione, prioris partem minui. Itaque dicendum est, quocumque loco sine parte quis scribitur, eum ex eo quod assis deest heredem esse. Si autem testamento ita scriptum sit, *Lucius Titius ex duabus uncis, Gajus Attius ex parte una, Maevius ex parte una, Sejus ex duabus partibus heredes sunt: ait Africanus, in d. l. si ita 47 §. in testamento. ff. de hered. instit.* reliquos præter Lucium Titium posse videri, sine parte scriptos esse. id tamen interesse, quod ex dextante Lucius Titius quincuncem

em ferat, alteram Gajus Attius,
et Sejus haberant. Undè appa-
ret, solennem propriamque here-
ditatis divisionem per assem ejus-
que partes fieri. nam quibus unci-
is non adsignarat, sed ex unâ, dua-
busque partibus scripserat: eos si-
ne parte reliquisse videri ait Afri-
canus; ac proinde habere id quod
assi deest: inæqualem verò fieri
inter eos divisionem ex volunta-
te testatoris, qui duobus unam,
alteri duas partes dederat. Sed
videtur, partes aliorum declara-
ri ex duabus uncijs Lucio Titio
datis. *arg. l. qui non militabat. 78.*
§. Lucio ff. eod. Quod si assi quæ
pars desit, ea omnibus heredibus
pro portionibus hereditarijs ac-
crescit. Itaque licet dicat Papinia-
nus, *in d. l. qui militabat 78. §. Lu-*
ccio. hereditatem in dodrantem di-
visam esse; id ità accipi debet,

ut ei qui duos quadrantes habet, duæ unciaë, alteri, qui ex uno quadrante heres est, una uncia adcrefcat. quamquam in idem res recidat, octo uncias habeas, ex afse, an sex ex dodrante. *vide l. fita 47. §. quidam testamento. ff. eod. ubi hereditas in 21 uncias dividitur.* Sed & hoc ad septem uncias rectè revoces, ut qui antea duodecim uncias habuerat, nunc quatuor confequatur, & qui antea novem habuerat, nunc tres habeat. Nam tot unciaë afsem efficiunt, quot testator voluerit. *§. hereditas. Institut. de hered. instit.*

At si Titium ex femisse, Sejum ex femisse, & prætereà Sempronium heredem scripserit: duo asses fient. horum alterum Titius & Sejus, alterum Sempronius habebit. *l. item quod 17. §. sed si asse ff. de heredit. inst.* Eâ tamen in re interefse putat Ulpianus: asse expleto quis simpliciter

publiciter sine parte scribatur; an ita,
Ex reliqua parte heres esto. ut hic,
quia nihil reliquum est; quasi defi-
ciente conditione nihil ferat; ille
verò in alterum assem videatur in-
stitutus. *d. l. item quod 17. §. sed si as-*
se. Sed etsi completo jam asse, plu-
res sine parte adijciantur, conse-
quentur & hi alterum assem. *l. Luci-*
us 53. ff. eod. Ceterum quod dicitur,
alterum assem dari; id tunc obti-
net cum asse nominatim dato, vel
duodecim uncis distributis, resi-
dua portio non invenitur. *d. l. qui*
non militabat 78. §. filijs ff. eod. tit.
vide item d. l. si ita 47. §. quidam te-
stamento. ff. eod. Licet autem testa-
tor excedat assem, hereditas tamen
juris ratione reducitur ad computa-
tionem duodecim unciarum. quip-
pe quod is numerus sit perfectissi-
mus. Unde est, quod cum quis
dupondium distribuit, tertium sine

L 4

parte

parte instituit; is in trientem dicitur venire, *alleg. l. item quod 17. inf. habitâ scilicet ratione ad assem*. Ceterum quod dicitur, *d. l. 17. inf. fin.* eum qui dupondio jam expleto sine parte scribitur, non in alium assem, sed in trientem venire. Viglius Zuichemus putat non rectè à Labeone dici. Nam ait, *aa s. si plures num. 3. Instit. de hered. Instit.* qui triens est in asse, in tripondio est as. Itaque magis probat lectionem Nurnburgensem, quæ habet, Non in alium dupondium, sed in trientem venit. Videbatur enim (inquit Viglius) ut asse completo, qui partem non habet, assem accipit; sic & completo dupondio dupondium accipere. Hæc ille. Julius Pacius item in manuscripto suo Codice testatur legi, Non in alium dupondium, &c. Ego verò nihil

nihil video, cur mutemus vulgaram lectionem. Ut enim modò diximus, licet testator assem excedat, Jcti ità tamen loquuntur, ac si de uno asse, non de pluribus ageretur. Itaque quod dicit Labeo, completo dupondio eum qui sine parte scribitur, non in alium assem venire, sed in trientem: in idem recidit, ac si dixisset, non in alium dupondium venire. fit enim relatio ad assem. quod ex eo patet, quia trientem dicit. Alioqui enim accipi oportebat, quasi dicat eum venire in trientem dupondij. at dupondius jam erat completus. Tota igitur res ad assem reducitur. proindè ea mens est Jcti, eum qui dupondio expleto sine parte scribitur, non in alium assem venire, id est, semissem non ferre; sed in trientem.

L 5

Posi-

Positum enim, alium pro altero pu-
 to. non pro tertio. Namque quia i-
 dem est as in tripondio (ut rectè
 Viglius ait) quod in asse triens, in-
 eptum est, *ind. l. 17.* alium asse acci-
 pere pro tertio. videretur enim J.C.
 idem negare quod affirmat. Quod
 si quid mutandum esset; nihil me-
 lius, quam ut alterum, non alium
 legamus. Nam ea ratio semper ini-
 tur, ut licet as expletus sit; tamen
 ad eum omnia reducantur. ac quod
 magis mireris, etiam nomina par-
 tium assis retineantur. Indè est,
 quod primo herede ex sex uncijs,
 secundo ex octo, tertio sine parte
 scripto, respondit Hermogenia-
 mus, *in l. ex uncijs 87. ff. de hered.
 instit.* tertium ex quinque uncijs
 scriptum esse. Nam in viginti qua-
 tuor partes (ait J.C^{tus.}) hereditate
 distributâ, tertio, ratio calculi
 veluti ex decem partibus instituto,
 quin-

quinque uncias adsignavit. Fr. Ho-
tomannus putat, *in d. l. 17. §. fin.*
non *trientem*, sed, tressem legen-
dum esse. Sed adversus eum rectè
tuetur communem lectionem Ant.
Faber. *lib. 5. Con. 20.* Ceterum quæ-
rat aliquis, quæ ratio sit, quomi-
nus, *in d. l. 17. §. fin.* qui dupondio
completo sine parte scriptus est,
tantum ferat, quantum ei; quibus
dupondius datus erat. Nam quum
eadem ratio sit in dupondio, quæ in
asse. *l. Sabinus 18. ff. de hered. instit.*
utique sicut asse expleto sine parte
scriptus alterum assem habet; ita
& dupondio completo alterum du-
pondium. Rationem nos docet
Paulus, *in d. l. Sabinus 18. in fin.*
quod eadem ratio est in secundo as-
se, quæ in primo. Unde colligere
licet, unumquemque assem per se
considerari. ut sicut cum as exple-
tus non est, residuum fert sine par-

te scriptus, ita & si dupondio quid desit; eodemque modo in tertio asse. Ita sicut asse jam distributo, sine parte scriptus alterum assem fert: ita dupondio evacuato, tertium assem sumit, qui sine parte est adjectus. Quæ omnia quum ad assem reducuntur, qui tertium assem habebat ex tripondio, trientem consequitur ex asse.

De solenni hereditatis divisione, puta quæ per assis partes fit, hactenus dictum est. Videamus ecquid & alijs modis id fieri possit. Sane plurimis? Si quis enim ita dixerit, Titius qua ex parte mihi socius est in vectigali salinarum, pro eâ parte mihi heres esto: si fortè ex quartâ parte ei socius fuerit, & ex illâ heres erit. Nec refert, asse expleto an
pro

pro parte vacuâ itâ adijciatur. *l. li-*
ber homo 59. §. si quis ita. ff. eod.
De eo tamen rectè dubites. Nam
si aſe jam diviſo adijciatur, di-
cendum eſet, eum non ex quar-
tâ parte, ſed ex toto altero aſe
heredem fore. quum enim testa-
tor ad alterum aſem tranſierit;
utique omne id quod ſecundo aſ-
ſi deest, feret. quemadmodum in
primo aſe dicimus ei, qui vel
ex unâ uncia ſcriptus ſit (ſi
nemo ei adijciatur) totum aſ-
ſem accreſcere, ne pro parte te-
ſtatus, pro parte inteſtatus quis
diſcedat. Et tamen Celfus,
d. l. liber homo. §. ſi quis ita. ait,
nihil vetare, quin aſe descrip-
to utiliter ex parte quartâ, quâ
fortè ſocius erat, & heres
ſit. Poſteſt & ita pars designa-
ri: Ex quâ parte me Titius here-
dem

230 T. H. Rerum Quotidianarum
dem scripserit, Sejus heres esto.
*l. 2. vers. alter. l. illæ autem 71. ff. de
hered. instit.* At huic demonstratio-
ni conditio inest, ut si testator à
Titio scriptus non sit, nec Sejus
à testatore scriptus intelligatur. *d.
l. 2.* In his tamen distinguendum.
Subinde enim institutio quidem pu-
rè & rectè facta est, at quâ ex par-
te, in pendentem est. *ut in l. quoties.
9. §. si quis ita dixerit 10. l. si quis ita
scripserit 36. ff. eod.* Interdum non
partis designatio, sed & tota insti-
tutio conditionem accipit. Et hæc
quidem plana sunt. *ut d. l. 2. l. 71.
l. hoc articulo 29. l. qui non militabat
78. §. fin. l. Clemens 81. §. fin. ff. eod.
tit.* At verò si quos vacuâ parte re-
lictâ, ità instituerit: Si mihi Sejus
heres non erit (quem non institue-
rat) Sempronius heres esto: an va-
cantem portionem Sempronius oc-
cupare possit; variæ fuere veterum
Jctorum

heres esto
tem 71. ff. l.
monstratio
si testator
nec Sejus
ligatur.
nguendum
videm p
na ex pa
i. quon
f. p. m. i.
m. i. m.
Et hec
2. l. 1.
n. i. l. i.
f. f. ul.
parte re
mi Sejus
i. i. t. u. e.
an va
nus oc
veterum
Ctorum

Actorum sententiæ. Pegasus existi-
timabat ad eam partem admitti.
Aristo, contra; quod ei pars data
esset, quæ nulla erat. quod & Ja-
voleno, Pomponio, & Arriano pla-
cuisse refert Ulpianus. *in l. ex facto*
19. ff. eod. Perinde enim est, ac si
dixisset, quâ ex parte Sejus heres
mihi est, ex eâ & Sempronius. at
Sejus heres non erat. quemadmo-
dum cum ita scribitur, Titius & Se-
jus, quotâ ex parte Sempronius me
heredem scripsit, heredes sunt. si
testator à Sempronio scriptus non
sit, nullam partem habebunt Titius
& Sejus. *d. l. 2. ff.* Antonius Augusti-
nus putabat, *lib. 1. Emend. c. 2.* nega-
tionem detrahendam, ut ita lega-
tur, Si mihi Sejus heres erit, &c.
Quâ de re vide Ant. Fabrum, *lib. 5.*
Conj. c. 2. Interdum etiam ex certâ re
aliquis instituitur. Tunc si solus ali-
quis ex fundo instituitur, detractâ
fundi

232 T. H. Rerum Quotidianarum
fundi mentione, valebit institutio,
ac si ex aſſe heres ſit ſcriptus. *l. i. §. ſi ex fundo ff. eod.* Quod ſi plures ex
diverſis partibus fundi ſcripſerit;
perinde erit, quaſi ſine partibus
ſcripti ſint. *l. quotiens 9. §. ſi duo ſint
heredes. l. alterius 10. ff. eod.* Pro-
indè æquales partes omnes habe-
bunt. *d. l. quoties 9. §. heredes ff. de
hered. iſtit.* Voluntas tamen defun-
cti hæc in re ſpectanda eſt. Itaque
& ſi verum eſt, cum alter ex fundo
Corneliano, alter ex Semproniano
ſcriptus eſt; ex ſemiſſibus eos ſcri-
ptos videri: tamen iudicio familiæ
erciſcundæ id ineſt, ut nihil ampli-
us quam eam rem, ex quâ quiſque
iſtitutus eſt, conſequatur. quod
autem alter altero plus habet, id
præcipuum habere, ac proinde &
legi falcidiæ locum eſſe. *l. ex facto
35. d. l. qui non militabat. 78. ff. eod.*
Quod ſi miles alterum rerum Itali-
carum,

arum, alterum Provincialium fe-
 erit heredem; secus dicendum est.
 Cum enim is pro parte testatus, pro
 parte intestatus possit decedere;
 mirum non est, si & hac in re volun-
 tas ejus sit rata. nam & si solum ex
 unâ re te heredem scribat, pro reli-
 quâ bonorum suorum parte dece-
 det intestatus. Atque hoc est, quod
 JC. in d. qui non militabat. ea verba
 adijcit, Qui non militabat, &c.

Sed de manifestâ voluntate satis.

Videamus de tacitâ seu (ut loquun-
 tur) præsumtâ. Ergò quam partes
 nullæ expressæ sunt, æquales om-
 nibus debentur. d. l. quoties 9. §. hered.
 §. si plures Inst. de her. instit. Quæ de-
 finitio semper procedit, nisi conjun-
 ctio à testatore facta aliud inducat.
 Nam quum conjuncti unius loco
 habeantur, fit ut quum quis ita dixe-
 rit; Titius heres esto: Sejus & Mævius
 her. sunt: duo semises fiant, quorum
 alter

alter Titio, alter Sejo & Mævicedant. *l. liber homo 59. §. Titius ff. eod.* fit autem conjunctio triplici modo, aut re, aut verbis, aut re & verbis simul. *l. triplici 142. ff. de V. S.* Re conjunctio fit, ut cum dicitur, Titius ex parte dimidiâ heres esto: Sejus ex parte dimidiâ: ex quâ parte Sejum institui, ex eâdem parte Sempronius heres esto. Hic Sejus & Sempronius verbis disjuncti sunt, sed in unam partem concurrunt. ferentq; itaque semissem; alterum Titius. *l. Iulianus 15. ff. de hered. instit.* Re & verbis conjuncti sunt, veluti, Titius & Mævius ex parte dimidiâ heredes sunt. *d. l. triplici 142.* Verbis tantum junguntur non uno modo. nam non tantum articuli, Et, quæ, cum, & similes conjunctionem faciunt: sed & si plures uno nomine veniant. Sed & in primis orationis ipsius

positus

positus inspiciendus est. Inde est quod cum ita scribitur, Titius heres esto: Sejus & Mævius heredes sunt: manifesta est conjunctio Seij & Mævij per copulam &; deinde & positus orationis indicat Titium à reliquis separari, fert itaque semissem. *l. liber 59. §. Titius ff. de hered. instit.* Pro conjunctis item habentur plures uno nomine (collectivum vocant) instituti. Collectiva autem nomina sunt, Gens, Populus, legio, exercitus, municipium, decuria, &c. *l. proponebatur 76. ff. de judic. l. mortuo. 22. ff. de fidejussor.*

Ubi ergò ità quis dixerit, Primus & fratris mei filij heredes sunt: Primus solus semissem; fratris filij, quotquot sint, item semissem consequuntur. *l. interdum 13. ff. eod. de hered. instit.* Sed si quis Titium heredem scripserit, & ventrem:

236 T. H. *Rerum Quotidianarum*
trem, an si plures uno partu edan-
tur, unius loco haberi debeant?
Plerisque placet, non unius loco
habendos; sed ex æquis partibus
heredes esse. *arg. L. utrum 8. ff. de*
reb. dub. Idque speciale in ijs pu-
tant ob præsumtam testatoris vo-
luntatem erga liberos. *vide Castr. &*
Zaf. ad l. si pater 9. ff. de vulg. &
pag. substit. forner. ad d. b. triplici 142.
ff. de V. S. Quorum sententiam &
aliâ ratione quis defendat. Unde
enim constat, posthumi nomen ef-
se ex collectivis. Imò eo nomine
unum tantum contineri, non plu-
res, apparet ex formulâ, quâ post-
humi solent institui, ne testamen-
tum rumpant. Ea solet esse, Si quis
mihi filius unus pluresve in decem
mensibus gignuntur. Nam plu-
ribus natis, si unius tantum fecif-
set mentionem, rumpetur testa-
mentum. Itaque cum unius cujus-
que

que posthumi per se ratio sit ha-
benda: meritò id accidit, ut ven-
tre instituto, omnes posthumi,
cum nominato instituto, æquali-
ter hereditatem dividant. Verum
aliud dicendum videtur; *ex l. illud*
§. §. quod si forte. ff. si pars hered. pe-
tat. Disputat enim eo loci Paulus,
is qui ventrem coheredem habet,
quotâ ex parte interim sit heres.
Id ità sciri posse definit, aut enim
ex certâ, aut incertâ parte scriptus
est. si ex certâ, ex ea interim heres
est cum effectu; secus si ex incerta
parte. Sed quum ex incerta parte
scriptus est, & hoc exemplum pro-
ponit, ut si sic dicat, **Quotcun-**
que mihi nati erunt, & Lucius Ti-
tius pro virilibus portionibus here-
des sunt. Unde non absurde colli-
gas, si adjectum non sit, pro virilibus
portionibus: posthumos omnes uni-
us loco haberi. quasi tunc qui ventri
coheres

238 T. H. Rerum Quotidianarum
res datus est, etiam ab initio ex di-
midiâ fit heres. vide *l. si ita 47. §.*
quidam testamento ff. de hered. instit.
Nec refert, an partibus non expres-
sis jungantur. Nam (ut inquit
Ulpianus, in *l. item quod 17. §. sed*
si a se vers. nam si unus ff. eod.) & si
unus sine parte, duo conjunctum
sine parte instituantur; non tres
trientes fiunt; sed duo semisses.
Quod idè ab illo dictum credide-
rim, nequis perpetuum id esse pu-
tet, quod partibus non expressis
æquales datæ censeantur. Ad ver-
bis conjunctos pertinet & species
l. Attius 11. ff. de hered. instit. Quo
loci Javolenus proponit ità institu-
tionem factam, *Attius fundi Cor-
neliani heres esto: duo Titij illius in-
sulæ heredes sunt.* Respondit veram
esse Proculi opinionem, qui semis-
sem Attio, semissem Titij debe-
ri scripserat. Nam cum fundi insu-
læve

ve mentio perindè haberi debe-
t, ac si adjecta non esset: *l. si al-*
terius 10. ff. de hered. instit. conse-
quens est, ex vi conjunctionis, quæ
verbis fit, semisses à Javoleno de-
cerni. Itaque cautio est, nequis,
quum ex fundo aliàve re facta est
institutio; confestim rejectà fundi
mentionem, putet æquas partes esse
inter omnes. Id enim tum demum
obtinere, si nec verbis conjunctio
facta sit. Verum quæ de verborum
conjunctione diximus, ea denique
tunc locum habent, si à testatore
non adijciatur, velle se omnes æquè
heredes esse. Tum enim viriles fi-
unt portiones. *l. inæqualibus 12. d. l.*
interdum 13. ff. eod. Prætereà fiunt
& æquæ partes, si sic scriptum sit,
Titius ex parte primâ, Sejus ex parte
secundâ, Mævius ex parte tertiâ,
Sulpitius ex parte quartâ. quia testa-
tor appellatione numeri, scripturæ
magis

magis ordinem, quam modum partibus imposuisse videtur. *l. si quis heredes 14. ff. eod. tit.* Nam (ut & ante docuimus) hereditas per uncias dividi solet, non eo modo, ut ex parte prima, secunda, aut tertia heredes scribantur. Sed si dicat, illum ex parte dimidia, illum ex quarta instituo: apparet manifesta relatio ad assem. quasi dicat, illum ex semisse, illum ex quadrante, instituo. *vide l. si ita 47. §. quidam testamento. ff. eod. de hered. instit.* Itaque ij sine parte scripti censentur. *d. l. si ita 47. §. in testam.* Quæ enim prima, secunda, aut tertia pars in hereditate invenietur? Quod si testator dicat, Titium ex parte hereditatis meæ heredem esse volo: si & alium instituerit, forsan dicendum esset, eum ex dimidia heredem fore. partis enim appellatione dimidia solet significari. *l. nomen*

nomen 164. §. *partitionis* ff. de V. S.
Sed partis nomine dimidia semper
non venit, præsertim in testamen-
tis, ubi præcipuè voluntas testato-
ris inspicienda est. Tum etiam ob
dispositionem Iuris (ut est uncia-
rum in hereditatibus) aliam signifi-
cationem fortitur. *d. l. nomen* 164.
§. *partitionis*. Aliquando partis no-
mine æqualis debetur portio. *l. le-
gata* 19. ff. de *legat.* 1. *l. Paulus* 43.
ff. de *re judic.* Sed & hoc perpetuum
non est in testamentis. solet enim
voluntas testatoris inspicere. Quæ
quomodo ex verborum conjunctio-
ne colligatur, jam ante demonstra-
vimus. Una est species, in quâ non
ex conjunctioe aut disjunctioe;
sed ex modo partis alterius here-
dis, conjectura sumitur de volun-
tate testatoris. Nam Lucio Titio
ex duabus partibus, Mævio ex qua-
drante scriptis heredibus, Papinia-

M nus

242 T. H. Rerum Quotidianarum
nus respondit, assem in dodran-
tem divisum esse, modum enim
duarum partium ex quadrante de-
clarari. *l. qui non ex militabat 78. §.*
Lucio ff. de hered. instit.

QUæ partes fiant inter primos
heredes vidimus: nunc, quæ
in reliquis ordinibus (substituto-
rum puta) sit distributio, perpen-
damus. Ea quum à testatore expri-
mitur, res plana est. sive enim u-
num uni, sive plures pluribus, sive
unum pluribus, aut plures uni sub-
stituerit: pro ijs partibus erunt sub-
stituti, quas testator expresserit.
Nempè quum uni ex semisse insti-
tuto, unus pluresvè substituuntur,
in semissem veniunt. & plures æ-
quas partes ferent ex semisse, nisi
secus testator jusserit. Idem de ali-
is iudicium. fit tamen aliquandò,
ut in majorem substitutus vocetur.
Nam

Nam si quis Primum ex triente,
 Secundum ex triente, & si Secun-
 dus heres non erit, Tertium ex
 beffe substituit: Secundo repudi-
 ante Tertius ex beffe heres erit.
*l. quotiens 9. §. si quis primum ff. de
 hered. instit.* Sed hoc casu in id quod
 solus habet eâ parte, quæ data erat
 Secundo, censetur institutus, in
 reliquum substitutus. *d. l. quotiens
 §. si quis primum l. Iulianus 15. §. i-
 dem cum l. seq. ff. eod.* Verum dubi-
 tari potest, an id in quo institutus
 erat, etiam consequatur, licet ca-
 sus substitutionis non existat; an
 verò & institutioni conditio infit,
 puta si Secundus heres non erit?
Accursius, add. l. Iulianus 15. §. fin.
 existimat, si Secundus heres fiat,
 Tertium nihil consequuturum. Sed
 cum plures coheredes sibi invicem
 substituuntur, ex disparibus parti-
 bus instituti, si in substitutione

M 2

nulla

244 T. H. Rerum Quotidianarum
nulla partium mentio facta sit, eæ
datae videntur, quæ in institutione
sunt expressæ. §. *etsi Inst. de vulg.*
subst. l. 5, l. qui liberis §, cum l, seq.
l. si plures 24, ff, de vulg, & pupill.
subst, l, 1, C, de impub, & alijs substit.
Ceterum quod diximus, plures uni
substitutos, viriles æquasque par-
tes habere, non semper verum est.
Si quis enim filio suo eosdem quos
sibi, & te unum heredes scripse-
rit; respondit Labeo, dimidiam te
dimidiam heredes consequuturos.
l. si pater. 9. ff. de vulg. & pup. substit.
quippè videtur, testator heredes
suos (quos uno nomine simul voca-
vit) conjunxisse, ità ut meritò uni-
us tantum loco habeantur. Sed his
adversatur constitutio Iustiniani. *in*
l. fin. C. impub. & alijs substit. Nam
quum quidam duos sibi heredes
scripserat, eosdemque & Titium
filio suo impuberi substituisset in
hunc

hunc modum, Quisquis mihi he-
res erit & Titius filio meo heres e-
sto: rescripsit non duas partes he-
reditatis filij, sed trientes esse. In-
terpretes omnes (quos ego qui-
dem vidi) uno ore ajunt, ex vi di-
tributivi articuli Quisquis id obti-
nere, ut in d. l. fin. trientes fiant.
vide Bart. Ias. & Zas. ad d. l. si pa-
ter. 9. ff. de vulg. & pup. subst. Cyn. &
Bald. ad d. l. fin. C. de impub. & alijs
substit. forner. in l. triplici 142. ff.
de V. S.

M 3

Elen:

Elenchus capitum & quaestionum quæ *Rerum Quotidianarum* hoc libro continentur.

Cap. 1. *De Sponsionum jure.* pag. 1

Cap. 2. *De Sponsionum modo.* pag. 14

Cap. 3. *De pignore venditoris in re vendita.* pag. 22

Cap. 4. *Sententiæ contra reum lata an exsequutio sit in fidejussorem Iudicati.* pag. 32

Cap. 5. *Prior creditor an revocari possit pecuniam posteriori solutam.* pag. 42

Cap. 6. *An pecunia ex venditione pignoris à secundo creditore redacta priori teneatur.* pag. 54

Cap. 7. *De mutuâ conjugum institutione.* pag. 62

Cap. 8. *An testator cavere possit, ut legata; quæ minori testium numero adhibito postea dederit; rata sint.* pag. 68

Cap

Cap. 9. *An nepos ; si matris hereditatem repudiaverit , conferre dotem teneatur ; ad l. illam 19. C. de Collat. pag. 75*

Cap. 10. *An exceptio inofficiosi quinquennio etiam terminetur. pag. 81*

Cap. 11. *An is , cui res non solenni testamento relicta est ; si possideat ; retinere illam possit. pag. 85*

Cap. 12. *Compensatio injuriarum an infamiam irroget. pag. 91*

Cap. 13. *De jure maritorum ; ad lib. 1. Statutor Frisæ tit. 2. pag. 96*

Cap. 14. *Quæ bonorum societas sit inter conjuges Frisios ; ad lib. . eorund. Statut. tit. 3. pag. 176*

Cap. 15. *An ubi justæ nuptiæ ; ibi ea societas. pag. 187*

Cap. 16. *In communionem illam quæ veniant.*

Cap. 17. *An mulier marito rectè ce-
dat jus quæstus & dispendij.*

pag. 198

Cap. 18. *Brevis interpretatio ad tit.*

11. statut. Fris. lib. 1. p. 207

Cap. 19. *De beneficio inventarij; ad
statut. Fris. lib. 1. tit. 18*

pag. 212

Cap. 20. *Quæ partes inter heredes
factæ censeantur. pag. 216*

*Cap. 13. Compensatio inventarium ad
pag. 207*
*Cap. 12. De iure maritum; ad 100.
pag. 198*
*Cap. 14. Quæ honorum factæ sūt in
tot conjugis iudic. ad
10. statut. Fris. lib. 1.
pag. 198*
*Cap. 15. De iure iustitiam; in 10
pag. 187*
*Cap. 16. De compensationem illorumque
statut.*

Epi-

Ep
VIRI
THOM
Pat
F. Loſculus
rim
Hortus ca
Namque illi
que
Actu am
Sed morient
tus
Noxiag
ber
Det Dens
ho
Hortu
ve

Epitaphium

VIRI CLARISS.

THOMÆ HERBAI JC.

Patria loquitur.

*F*losculus in nostro cecidit pulcher-
rimus horto,

Hortus cui vitam debuit ipse suam.

*Namque illo spargente suum quacun-
que vigorem,*

Actu omnes flores emicuerere novo:

*Sed moriente, statim steriles dominan-
tur avenæ,*

*Noxiaque Herbajum non timeat
herba situm.*

*Det Deus ut nostro flos alter germinet
horto,*

*Hortus cui vitam debeat ipse no-
vam.*

M 5

Aliud

ALIUD.

Mors accensa fame in varias exive
rat oras,
Faucibus ut prædam quæreret illi
suis.

Repperit Herbajum, & quid opus nun
pluribus, inquit?

Hic mihi pro multis millibus unu
erit.

Frustra: Nam dubio stat adhuc victo
ria talo,

Et certant tanti Mors Meritum
que viri,

Sed jam Mors cedens Herbajo porri
get herbam,

Accensas metuens ingenij igne faces

ALIUD.

Herculeo domuit Patriæ qui monstra labore,
Herculis hunc domitrix Mors etiam domuit.

D. LEONTIUS

I

In obitum viri Clariss.

D. THOMÆ HERBAI

Jurisconsulti eximij, &c.

Alma vires nutris juris legumque
peritos,

Qui patriam passim, Frisia, con-
decorant.

Consilijs hi nempe regunt prudentibus
Orbem,

Hi Themidos pleni pectora hyper-
boreæ.

Quos supra Herbajus tanto caput ex-
tulit unus,

Quanto sidereum Luna chorum ex-
superat.

Ingenio nulli cedens & acumine nulli,

Exacti palmam judicij rapiens:

Dum vixit. Tantus nobis Sol occidit,
eheu

Nox patrioque minans incubat a-
tra solo.

Nunc

Nunc lugent Sylva, nunc lugent Pal-
ladis arces,
Eous populus luget & occiduis.
Pierides tristi testantur carmine lu-
ctum,
Et planctu Herbajum personat om-
ne nemus.
Denique diva Themis, lachrymis quem
nemo madentem
Vidit, non sibi jam temperat à la-
chrymis.

N. MULLERIUS.

Pierij

Pierij Winsemij

E P I C E D I O N
I N

Obitum Viri Clariss. & Ampliss.

T H O M Æ H E R B A I

*Cti. & Ord. Fris. Procuratoris Gene-
ralis Dom. ac amici sui.*

E Rgo inter lachrymas, æternæque funera
rerum

Progeniti carmen tacitis inscribimus umbris
Indignum vidisse diem? Quis sidera mundo
Ervesciente ferat, lucentemque ignibus atris
Continuo spectare polum? quis sistere motus
Degeneris, possitque palam lamenta tenere
Arriguis oculis, pronoque ad gaudia sensu,
Nec Fatum flevisse viri? nisi lege remotâ
Tolleret humanos tam dira Tragædia sensus
Deficeretque orbi pietas. Sol ætheris alti
Magne parens mundi que jubar, Fax aurea
cæli

Quid tali cum clade redis? necisque serenum
Occultare caput, densaque in nube sepulchri
Ostentare vicem? nunquam læto omine nun-
quam

Progredieris, rutiloque facem diffundis O-
lympe:

Sed

Sed modo tot mundi scelera , & contragi-
rerum

Auspicio pejore vides , modo funus & atrum
Limen, & appositam rebus fatalibus urnam.
Scilicet in cautos feriunt ea vulnera , quique
Hæc nondum didicere pati. Nusquam nulla
malorum

Anxietas, plageque metus, signumque sinistri
Aut conclamatis aderant præfagia rebus.
Occidit ante diem , perjuraque Fata morantes
Infregere colos, ruptisque ambagibus ævi
Amisere viam. tanta est discordia mundi.
Magnos meta premit rerum , quos posse ne-
gasses

Non mundo pereunte mori, si sydere scisset
Augure tam magnos Fatorum instare labores
Feralémque diem patriæ , tunc imbre profuso
Publica fleuisset pietas , devotaque summis
Fluxisset lachrymâ , & miserandi ex ordine
vultus

Orassent superos , non illo funere pasci
Debuerant manes taciti , cætusque silentium ,
Et tantum spectasse nefas. Proh ferrea rerum
Fata cruentatis iterum redeuntia telis !
Quid fusi meruere sui , quid nostra juvenus
Primum digna rapi, patriæ & mærentis imago
Commeruit ? Nos monstra sumus , nos pen-
dera rerum

Pallentesque umbræ , lascivaque in otia nati
Nequicquam spondente togâ , jacet incly-
tus ordo

Orbus adhuc, tristésq; negant solemnia Musæ,

Rostrâ-

nostrâq; prisca silent sanctâq; se dilia Divæ ;
clamolis multum rabulis ac lite prophanâ
timur, antiquas, expungunt sæcula leges,
discunt sine jure loqui. si Barbara nobis
tempora subveniunt, & seris exultat annis
usoniae natura togæ, jam parcere nostris
ebuerant parcaelachrymis, mundoque pe-
tenti

erbajum servasse senem, qui scriberet ævi
lura sui, æternæ meritis præconia Famæ.
os hominum, tales Lethæa silentia casus
ijiciunt, propriumque animis cælestibus
ævum

xulat humanis, genioque superstite tantum
lauditur exeso famæ mensura sepulchro.
ræcipitat mortale Dies, legemque senectæ
rangit, & extremos ætatum surripit annos
rodiga naturæ series. Non astra tueri
ignaque suuma juvat, vultusque attollere
Olympo,

quo fors ista venit: motu peiore notantur
Omnia prodigijs, atrataque Curia funus
nsequitur, dignusque togam gestasse Senatus,
Conscriptique Patres reverendis sedibus ultro
Exiliunt, nescitque foro servire potestas
sustitio servante locum, causæque priores
Cessavere palam ferâque omnine rerum
Perculsum tremuit communi funere vulgus:
In lachrymas dolor, omnis abit, nescitque
supernis

Cedere decretis pietas, jacet innuba laurus,
Temporâque infastæ cingunt velata cupressi

Et

Et ratum frigent numeri. Quid nœnia triftis
Signaque feralis profunt funebria pompæ
Nil fato mutante fui. Servatur in ævum
Lexque æterna Dei eft, duroque adamante
ligantur

Prævia funereæ fervantes tempora menfæ.
Sic leges pendent hominum, certaque te-
nentur

Nofta manu. Fælix animus qui molé folutus
Corporis immenfi fervat commercia cæli
Cujus agens Superum, vitamque emenfus,
& annos

Jam fruitur meliore loco, fedésque beatas
Captat, & æternis agnata fientia rebus.

F I N I S.

id nactu
no pome
in avu
que ab
pota m
certa
in m
merci
que em
que be
s
S.

